In diebus illis: Dixit yſaias Dñe q̄s credidit auditui noſtro: et bꝛachiū dñi cui reuelatū eſt? Et aſcēdet ſicut virgultū corā eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitiēti / et nō eſt ſpecies ei neq decoꝛ. Et vidimus eū ⁊ nō erat aſpectꝰ et deſiderauimꝰ eū deſpectū ⁊ nouiſſimū viroꝝ virū doloꝝ ⁊ ſciētē infirmitatē. Et quaſi abſcōditꝰ vultus eiꝰ ⁊ deſpectus: vnde nec reputauimus eū. Uere languores noſtros ipſe tulit: et doloꝛes noſtros ipſe poꝛtauit. Et nos putauimꝰ eū quaſi lepꝛoſū: ⁊ percuſſū a deo ⁊ humiliatū. Ipſe autē vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras: attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera nr̄a Diſciplina pacis noſtre ſup eum: et liuoꝛe eius ſanati ſumus Oēs nos quaſi oues errauimus vnuſquiſq in viā ſuā declinauit et dñs poſuit in eo iniq̄tatē oīm noſtrū Oblatus eſt qꝛ ipſe voluit et nō aperuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionē ducet: et quaſi agnꝰ coꝛā tondente ſe obmuteſcet / et nō aperiet os ſuū. De anguſtia et de iudicio ſublatus eſt. Generationē eius q̄s enarrabit? Qꝛ abſciſus eſt de terra viuētiū Pꝛopter ſcelus ppl'i mei percuſſi eū ⁊ dabit impios pꝛo ſepultura / ⁊ diuitē pꝛo moꝛte ſua / eo q̄ iniquitatē nō fecerit, neq dolus fuerit ī oꝛe eius. Et dñs voluit cōterere eū: in infirmitate. Si poſuerit ꝓ peccato aīam ſuā videbit ſemen longeuū: ⁊ voluntas dñi in manu eiꝰ dirigetur / pꝛo eo q̄ tradidit ī moꝛtē aīam ſuā. ⁊ cū ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe pctā multoꝝ tulit. Et pꝛo trāſgreſſoꝛibus rogauit: vt nō perirēt. Dicit dñs oīps Choꝛꝰ alternatī dicat tractū: ita ꝙ dñ vſ⁹ canit̄ chor⁹ ex illa parte ſtare tenet̄ alia p̄te chori iterū ſedēte: ⁊ ſic p̄canit̄ tot⁹ tꝛ. a choro q̄ſcūq̧ dr̄ tꝛ. a choro i ſtallis a ſeptuageſima vſq̧ ad paſcha. Tꝛ.

Dñe exaudi oꝛonē meā: ⁊ clamoꝛ me⁹ ad te veniat ℣ Ne auertas faciē tuā a me: i quacūq̧ die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. ℣. In q̄cūq̧ die iuocauero te velocit̄ exaudi me. ℣ Q2 defecerūt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut i frixoꝛio ꝯfrixa ſūt. ℣. Percuſſus ſū ſicut fenū et aruit coꝛ meū: q2 oblit⁹ ſū manducare panē meū. ℣. Tu exurgēs dñe miſereberis ſyō: q2 venit tēp⁹ miſerēdici⁹. Sequat̄ paſſio eū. Dñs vobiſcū. ¶ Paſſio dñi noſtri ieſu chꝛiſti: ſecundum lucam. xxij.

In illo t̄pe: ⁊c. Appꝛopinquabat aūt dies feſtus azimoꝝ qui dicit̄ paſcha. Et q̄rebāt pꝛincipes ſacerdotū ⁊ ſcribe: quō ieſū iterficerēt. Timebāt vero plebē. Intrauit aūt ſathanas i iudā q̄ cognoīabat̄ ſcarioth vnū de duodeci: et abijt ⁊ locut⁹ eſt cū pꝛīcipibus ſacerdotū ⁊ magiſtratib⁹ quēadmodū illū traderet eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſūt pecuniā illi dare Et ſpopōdit Et q̄rebat opoꝛtunitatē: vt traderet illū ſine turbis Venit aūt dies azimoꝝ i qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit petrū ⁊ iohānē dicēs ✠ Euntes parate nobis paſcha: vt māducem⁹. ⁊c. At illi dixerūt. s. Vbi vis parem⁹? ⁊c. Et dixit ad eos ✠ Ecce itroeūtib⁹ vobis i ciuitatē occurret vob̄ hō q̄dā āphoꝛā aq̄ poꝛtās: ſeq̄mini eū in domū i quā itrat/ ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter Vbi eſt diuerſoꝛiū vbi paſcha cū diſcipulis meis manduce? Et ip̄e vobis oſtēdet cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. ⁊c. Eūtes aūt inuenerūt ſicut dixit illis: ⁊ parauerūt paſcha. Et cū facta eſſet hoꝛa diſcubuit: et duodeci apl'i cū eo. Et ait illis. ✠. Deſiderio deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcū: āteq̄ patiar. Dico eni vobis: q2 ex hoc nō māducabo illud donec ipleat̄ i regno dei. ⁊c. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit ✠ Accipite et diuidite inter vos. Dico eni vobis ꝙ nō bibā de gn̄atione vitis/ donec regnū dei veniat. ⁊c. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs. ✠. Hoc eſt coꝛp⁹ meum: qđ ꝑ vobis dat̄. Hoc facite i meā ꝯmemoꝛationē. ⁊c. Similit̄ ⁊ calicē: poſtq̄ cenauit dicēs ✠ Hic ē calix nouū teſtamētū in ſāguine meo: q̄ ꝑ vobis fūdet̄. Verūtamē ecce man⁹ tradētis me: mecū eſt i mēſa Et q̄dē fili⁹ hoīs ſcđm ꝙ definitū eſt vadit Verūtā ve hoī illi: per quē tradet̄. ⁊c. Et ip̄i cepert̄ q̄rere iter ſe: q̄s eſſet ex eis q̄ hoc factur⁹ eſſet. Facta eſt aūt ⁊ ꝯtētio inter eos: q̄s eoꝝ videret̄ eſſe maioꝛ Dixit aūt eis. ✠ Reges gētiū dn̄ant̄ eoꝝ: et q̄ poteſtatē habent ſup eos benefici vocant̄. Vos aūt nō ſic. Sed q̄ maioꝛ eſt in vobis: fiat ſicut minoꝛ. Et q̄ p̄ceſſoꝛ eſt: ſicut miniſtratoꝛ. Nā q̄s maioꝛ eſt/ q̄ recūbit/ an q̄ miniſtrat? Nōne qui recūbit? Ego aūt i medio veſtrū ſū: ſicut q̄ miſtrat. Vos aūt eſtis q̄ permanſiſtis mecū in tentationib⁹ meis. Et ego diſpono vob̄ ſicut diſpoſuit michi pater me⁹ regnū: vt edatis ⁊ bibatis ſup mēſā meā in regno meo. ⁊ ſedeatis ſup thronos duodeci iudicātes duodeci trib⁹ iſrl̄. ⁊c. Ait aūt dn̄s ſymoni. ✠ Symon ecce ſathanas expetiuit vos vt cribꝛaret ſicut triticū. Ego aūt rogaui pꝛo te: vt non deficiat fides tua Et tu aliquando cōuerſus: cōfirma fratres tuos. c. Qui dixit ei. s. Dn̄e tecū paratꝰ ſū et in carcerē et in moꝛtē ire. c. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallꝰ donec ter abneges noſſe me. c. Et dixit eis. ✠ Quādo miſi vos ſine ſacculo et pera et calciamētis: nūquid aliqͥd defuit vobis? c. At illi dixerūt. s. Michil. c. Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet ſacculū tollat ſimiliter et perā. Et qui nō habet vendat tunicā ſuā: et emat gladiū. Dico eī vobis: qm̄ adhuc hoc qđ ſcriptū eſt opoꝛtet impleri in me. Et cū iniqͥs deputatꝰ eſt. Etenī ea q̄ ſūt de me finē habent. c. At illi dixerūt. s. Dn̄e ecce gladij duo hic. c. At ille dixit eis. ✠ Satis eſt. c. Et egreſſus: ibat ſcđm ꝯſuetudinē in mōtē oliuaꝝ. Secuti ſūt autē illū: et diſcipuli. Et cū perueniſſet ad locū: dixit illis. ✠ Oꝛate: ne intretis in tētationē. c. Et ipſe auulſus eſt ab eis. q̄tū iactus eſt lapidis. Et poſitis genibus oꝛabat dicēs ✠ Pater: ſi vis trāſfer calicē iſtū a me. Verūtamen nō mea voluntas: ſed tua fiat. c. Apparuit aūt illi angelus de celo cōfoꝛtans eū. Et factus in agonia: ꝓlixius oꝛabat. Et factꝰ eſt ſudoꝛ eiꝰ: ſicut gutte ſāguinis decurrētis ī terrā Et cū ſurrexiſſet ab oꝛōne et veniſſet ad diſcipulos ſuos: inuenit eos doꝛmientes pꝛe triſticia Et ait illis ✠ Quid doꝛmitis? Surgite: oꝛate/ne intretis in tentationē. c. Adhuc eo loquēte ecce turba: et q̄ vocabat̄ iudas vnus de duodecī antecedebat eos. Et appꝛopinquauit ieſu vt oſcularet̄ eū. Jeſus autē dixit illi ✠ Juda: oſculo filiū hoīs tradis? c. Videntes aūt hi qui circa ipſū erāt qđ futurū erat: dixerūt ei. s. Dn̄e: ſi ꝑcutimus in gladio c. Et ꝑcuſſit vnus ex illis ſeruū pꝛincipis ſacerdotum: et amputauit auriculā eius dexterā. Reſpōdens aūt ieſus ait ✠ Sinite vſqꝫ huc. c. Et cū tetigiſſet auriculā eius: ſanauit eū. Dixit aūt ieſus ad eos qui venerāt ad ſe pꝛincipes ſacerdotū: et magiſtratꝰ tēpli et ſenioꝛes ✠ Quaſi ad latronē exiſtis cū gladijs et fuſtibus: cū q̄tidie vobiſcū fuerī in tēplo/nō extēdiſtis manꝰ in me Sed hec eſt hoꝛa vr̄a: et poteſtas tenebꝛaꝝ. c. Cōpꝛehēdētes aūt eum duxerūt ad domū pꝛīcipis ſacerdotū. Petrus vero: ſeq̄bat̄ eū alōge. Accēſo aūt igne ī medio atrij/& circūſedētibꝰ illis: erat petrꝰ in medio eoꝝ. Quē cū vidiſſet ancilla q̄dā ſedentē ad lumē & eū fuiſſet intuita: dixit. s. Et hic cū illo erat. c. At ille negauit eū dicens. s. Mulier nō noui illū. c. Et poſt puſillū: aliꝰ videns eū dixit s. Et tu de illis es. c. Petrꝰ vero ait. s. O hō nō ſū. c. Et interuallo facto quaſi hoꝛe vniꝰ: alius quidā affirmabat dicēs. s. Vere et hic cum illo erat: nā & galileꝰ eſt c. Et ait petrꝰ s. Hō neſcio qđ dicis c. Et ꝯtinuo adhuc eo loquēte: cātauit gallus Et cōuerſus dn̄s: reſpexit petrū Et recoꝛdatꝰ eſt petrꝰ v̄bi dn̄i ſicut dixerat: qꝛ pꝛiuſq̄ gallus cātet ter me negabꝭ Et egreſſus foꝛas petrꝰ fleuit amare Et viri q̄ tenebāt illū illudebāt ei cedētes Et velauerūt eū: & percutiebāt faciem eius/ et interrogauerũt eũ dicentes. s. Pꝛophetiza: quis eſt qui te ꝑcuſſit? c. Et alia multa blaſphemantes: dicebant in eũ. Et vt factus eſt dies / cõuenerũt ſenioꝛes plebis ⁊ pꝛĩcipes ſacerdotũ ⁊ ſcribe: et duxerũt illũ in cõſiliũ ſuũ dicentes. s. Si tu es xp̃s dic nobꝫ c. Et ait illis ✠ Si vobis dixero nõ credetꝫ michi. Si aũt ⁊ iterrogauero: nõ rñdebitis michi neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filiꝰ hominis ſedẽs a dextris virtutꝫ dei c. Dixerũt aũt oẽs. s. Tu ergo es filius dei? c. Qui ait. ✠ Vos dicitis: qꝛ ego ſũ. c. At illi dixerũt. s Quid adhuc deſideramus teſtimoniũ? Ipſi enĩ audiuimꝰ de oꝛe eius. c. Et ſurgẽs oĩs multitudo eoꝝ: duxerũt illũ ad pylatũ. Ceperunt aũt accuſare illũ dicẽtes. s. Hũc inuenimꝰ ſubuertentẽ gentẽ nr̃am: ⁊ ꝓhibentẽ tributa dari ceſari / ⁊ dicentẽ ſe xp̃m regẽ eſſe. c. Pylatus aũt interrogauit eũ dicens. s. Tu es rex iudeoꝝ? c. At ille reſpondens ait. ✠ Tu dicis. Ait aũt pylatꝰ ad pꝛincipes ſacerdotũ: et turbas. s. Nichil inuenio cauſe in hoc hoĩe. c. At illi inualeſcebant dicẽtes. s. Cõmouit populũ docẽs per vniuerſã iudeã: incipiens a galilea vſq; huc. c. Pylatꝰ aũt audiẽs galileã: iterrogauit ſi hõ galileus eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet / remiſit eũ ad herodẽ: q̄ et ip̃e hieroſolimis erat illis diebꝰ He rodes autẽ viſo ieſu: gauiſus eſt valde. Erat enĩ cupiẽs ex multo tp̃e videre eũ: eo ꝙ audiret multa de eo / ⁊ ſperabat ſignũ aliqd̃ videre ab eo fieri. Interrogabat aũt illũ multis ſermonibꝰ. At ip̃e nichil illi reſpõdebat. Stabant aũt pꝛincipes ſacerdotũ ⁊ ſcribe: conſtãter accuſãtes eũ. Spꝛeuit aũt illũ herodes cũ exercitu ſuo: ⁊ illuſit indutũ veſte alba / ⁊ remiſit ad pylatũ. Et facti ſunt amici herodes ⁊ pylatus in ip̃a die: nã antea inimici erãt ad inuicẽ. Pylatꝰ aũt ꝯuocatis pꝛĩcipibꝰ ſacerdotũ et magiſtratibꝰ et plebe: dixit ad illos. s. Obtuliſtis michi hũc hominẽ quaſi auertẽtẽ pp̃lm: ⁊ ecce ego coꝛã vobis iterrogãs / nullã cauſã inuenio ĩ hoĩe iſto: ex his in quibus eũ accuſatis. Sz neq; herodes. Nã remiſi vos ad illũ: ⁊ ecce nichil dignũ moꝛte actũ eſt ei. Emendatũ ergo illũ dimittã. c. Neceſſe aũt habebat dimittrẽ eis per diẽ feſtũ vnum. Exclamauit aũt ſimul vniuerſa turba: dicẽs. s. Tolle hũc: ⁊ dimitte nobꝫ barrabã. c. Qui erat ꝓpter ſeditionẽ quandã factã in ciuitate et homicidiũ miſſus in carcerẽ. Iteꝝ autẽ pylatus locutus eſt ad eos: volens dimittere ieſũ. At illi ſucclamabant dicẽtes. s. Crucifige. crucifige eũ. c. Ille autẽ tercio dixit ad illos. s. Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſã moꝛtis inuenio in eo Coꝛripiã ergo illũ: ⁊ dimittã. c. At illi inſtabãt vocibus magnis poſtulãtes vt crucifigeretꝛ ⁊ inualeſcebãt voces eoꝝ. Et pylatus adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ. Dimiſit aũt illis eũ qui pꝛopter homicidiũ ⁊ ſeditionẽ miſſꝰ fuerat in carcerẽ quẽ petebãt: ieſum vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cũ ducerẽt eũ appꝛehẽderunt ſymonẽ quẽdã cyꝛenenſẽ venientem de villa: ⁊ ĩpoſuerũt illi crucem poꝛtare poſt ieſũ. Sequebatꝛ aũt illũ turba multa ppl̃i ⁊ mulierũ: q̄ plangebãt ⁊ lamentabã tur eū. Cōuerſus aūt ad illas ieſus dixit. ✠ Filie hieruſalē noli te flere ſup me: ſed ſup voſipſas flete/et ſup filios veſtros. Qm̄ ecce venient dies: in quibus dicent. Beate ſteriles et ventres qui nō genuerūt: et vbera q̄ nō lactauerūt. Tūc incipient dicere montibus cadite ſup nos: ⁊ collib⁹ operite nos. Q2 ſi in viridi ligno hec faciūt: in arido qd fiet? c. Ducebātur aūtē alij duo neq̄ cū eo vt interficerētur. Et poſtq̄ venerūt in locū qui vocat caluarie: ibi crucifixerūt eū. Et latrones: vnū a dextris et alterū a ſiniſtris. Jeſus aūt dicebat ✠ Pat̄ dimitte illis nō eni ſciūt quid faciunt. c. Diuidentes vero veſtimēta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat ppl̄s expectans: et deridebāt illū principes cū eis dicentes. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluū faciat ſi hic eſt xp̄s dei electus. c. Illudebāt autē ei et milites accedētes: ⁊ acetū offerentes illi dicentes. s. Si tu es rex iudeoꝝ: ſaluum te fac. c. Erat aūtē ſupſcriptio ſcripta ſup illū litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudeoꝝ. Unus aūt de his qui pendebāt latronibus blaſphemabat eū dicēs. s. Si tu es xp̄s: ſaluū fac temetipſū ⁊ nos. c. Reſpōdens aūt alter: increpabat eū dicēs. s. Neq̄ tu times deū: q in eadē dānatione es. Et nos quidē iuſte. Nā digna factis recipim⁹: hic vero nichil mali geſſit. c. Et dicebat ad ieſū. s. Dn̄e memēto mei: cū veneris in regnū tuū. c. Et dixit illi ieſus ✠ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo c Erat aūt fere hora ſexta: et tenebre facte ſūt i vniuerſa t̄ra: vſq̄ in horā nonā. Et obſcuratus eſt ſol: ⁊ velū tēpli ſciſſū eſt mediū. Et cū dixerit diacon⁹ Velū tēpli ſciſſū eſt Velū ante altare cadere permittat. Et clamans voce magna ieſus: ait ✠ Pater/in man⁹ tuas cōmēdo ſpm̄ meū. c. Et hec dicens: expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pater noſter. Aue. In man⁹ tuas. c. Videns aūt cēturio qd factū fuerat: glorificauit deū dicens. s. Vere hic hō iuſtus erat c Et oīs turba eoꝝ qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud/et videbant que fiebant: percutiētes pectora ſua reuertebant. Stabant aūt oēs noti eius alonge: et mulieres que ſecute erant eum a galilea hec videntes. Euangelium

Et ecce vir noīe ioſeph qui erat decurio vir bon⁹ et iuſtus: hic nō cōſenſerat conſilio et actibus eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee/qui expectabat ⁊ ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatū: et petijt corpus ieſu. Et depoſitū inuoluit ſydone: ⁊ poſuit eū in monumēto exciſo: in quo nōdū quiſq̄ poſit⁹ fuerat. Offer. Dn̄e exaudi orōnē meā: ⁊ clamor me⁹ ad te perueniat. V. Ne auertas faciē tuā a me: ne auertas faciē tuā a me. Se.

Suſcipe q̄s dn̄e mun⁹ oblatū et dignanter opare: vt qd paſſiōis filij tui dn̄i nr̄i miſterio gerim⁹ pijs affectib⁹ cōſequamur. Per eūd. Cōio. Potū meū cū fletu tēperabā q2 eleuās alliſiſti me et ego ſicut fenū arui: tu aūt dn̄e in eternū permanes: tu exurgēs miſereberis ſyon: quia venit tēpus miſerēdi eius. Poſtcō.

Largire ſenſib⁹ nr̄is oīps deus: vt per tēporalē filij tui mortē quā miſteria venerāda teſtant vitam nobis dediſſe perpetuā cōfi damus. Pe eūdē. Super populū Humiliate capita vestra deo. Or

Respice q̄s dn̄e sup hanc familiā tuā pro qua dn̄s noster iesus xp̄s nō dubitauit manibus tradi nocētiū: ⁊ crucis subire tormentū. Qui tecū viuit. ⁊c.

¶ Feria. v. in cena dn̄i. In p̄mis fiat recōsiliatio penitentiū hoc modo. Nona cātata pergat excellētior sacerdos ad ostiū ecclie occidē indut⁹ vestib⁹ sacerdō. in cappa serica rubea cū duob⁹ dyaco. albis cū amictib⁹ idutis absq̄ subdya. et sine cruce per mediū chori precedēte vexillo cilicino. sintq̄ presentes in atrio ecclie qui reconciliandi sūt. Et si ep̄s adest principalis archid. ex parte penitentiū scilȝ extra ostium ecclesie in cappa serica legat hanc lectionem.

Adesto venerabilis pontifex tp̄s acceptū / dies ꝓpiciationis diuine ⁊ salutis hūane: qua mors interitū ⁊ vita accepit eterna principiū: qn̄ in vinea dn̄i sabaoth sic nouoꝝ palmitū plantatio faciēda est: vt purget̄ execratio vetustatꝫ. Quāuis enī a diuitijs bonitatꝫ dei nichil tp̄is vacet: nūc tñ ⁊ largior est per indulgētiā remissio pctoꝝ: et copiosior per gratiā assūptio renascentiū Augem⁹ regenerādis: crescimur reuersis Lauāt aque lauāt lachrime. Inde est gaudiū de assūptione vocatoꝝ: hinc leticia de absolutione penitentiū Inde est ꝙ supplices tui postea ꝙ̄ in varias formas criminū neglectu mādatoꝝ celestiū ⁊ moꝝ ꝓbabiliū trāgressione ceciderūt: humiliati itaq̄ prostrati ꝓphetica ad deū voce clamant dicētes Peccauim⁹ cū pr̄ibus nostris: iniuste egimus / iniqtatē fecim⁹ Miserere nr̄i dn̄e voce angelicā nō frustratoria aure capiētes: beati qui lugent / qm̄ ipsi cōsolabunt̄ Māducauerūt sicut scriptū est panē doloris: lachrymis stratū rigauerūt / cor suū luctu / corp⁹ ieiunijs afflixerūt / vt aiarū reciperēt quā ꝑdiderāt sanitatē. Vnicū est itaq̄ penitētie suffragiū: qđ ⁊ singulis prodest / et oīb⁹ in ꝯmune succurrit. Reintegra ergo in eis apostolice pōtifex quicqđ dyabolo suadēte: seuiente / scindēte corruptū est: ⁊ orationū tuaꝝ patrocinātibus meritis per diuine recōsiliatiōis gratiā fac hoīes ꝓximos deo: vt q̄ antea in suis peruersitatib⁹ displicebāt: nūc iā placere se dn̄o in regionē viuoꝝ deuicto mortis sue auctore gratulētur. Que lcō non legat̄ epō absēte Finita lcōne incipiat ep̄s ā. Venite venite. Extra predictū ostiū ꝯuersus ad borialē signū faciendo cū manu quasi vocādo. Deinde dyaconus ex p̄te peniteñ. scilȝ extra ostium dicat. Flectam⁹ genua. Ali⁹ dyacon⁹ ex p̄te ep̄i dicat Leuate ⁊ ita fiat tribus vicib⁹. Ita tñ ꝙ post tciā repetitionē āe nō dr̄ Flectam⁹ geñ. sed chor⁹ ꝓsequat̄ totā an. cātore incipiēte Filij audite me timorē dn̄i docebo vos. p̄. Bñdicā tot⁹ ps dr̄ cū Glia pr̄i Et post vnūquēq̄ vsū repetat̄ a. Dū psalm⁹ canit̄ a choro cū ā. semꝑ manuati penitētes ab aliquo pbr̄o de choro, habitu nō mutato reddant̄ sacerdoti executori officij et ab ipso restituant̄ ecclie gremio Tamē si ep̄s presens fuerit: penitētes a presbytero reddātur archidyacono: et ab ipso reddant̄ ep̄o: et ab ep̄o reddātur ecclie gremio. Quibus expletꝫ: ꝓceſſio more ſolito ī chorū redeat. Deinde ꝓſternāt ſe oēs et dicāt clerici ī choro ſeptē pſos penitētiales cū Glia pr̄i. et Sicut erat. Sacerdos vero cū ſuis miniſtris dicat per ſe ſeptē pſos cū Glia pa. et Sicut erat. aꝫ. Ne reminiſcaris. cū Kyrie el. Xp̄e el. Kyrie el. Pr̄ nr̄. āte altare ſicut ī die cinerū ꝓnotatū eſt. Deīde erigēs ſe ſacerdꝰ ꝯuerſꝰ ad auſtralē corā dextro cornu altar̄ ſine nota di. Et ne nos. Sed libera. Saluos fac ſeruos tuos ꝛ ancillas tuas. Deꝰ meꝰ ſperātes ī te. Conuertere dn̄e uſq̄. Et deꝓcabilis eſto ſup ſeruos tuos. Mitte eis dn̄e auxiliū de ſcō. Et de ſyō tuere eos. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄. Et ꝓpt̄ gliam nōis tui dn̄e libera nos et ꝓpiciꝰ eſto pc̄tis nr̄is ꝓpt̄ nomen tuū. Dn̄e exaudi oꝛonē meā. Et clamor. Dn̄s vo. Et cū. Oreꝰ. Oꝛ.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris: et me qui etiā miā tua p̄mꝰ īdigeo clemēter exaudi: ꝛ quē nō electiōe meriti ſed dono grē tue ꝯſtituiſti opis huiꝰ miniſtrū da fiduciā tui muneris exequēdi/ tuipſe in nr̄o miſterio qd̄ tue pietatis eſt opare. Per ꝛc. Et dn̄r oēs oꝛones ꝛ terminētur ſub tono lcōnis: ꝛ oēs oꝛones cū Oremus. Nō dicitr̄ Dn̄s vobiſcū niſi ante p̄mā oꝛonē tm̄. Alia oꝛ.

Deus humani generis benigniſſime cōditor: et miſericordiſſime reformator/ qui hominem inuidia dyaboli ab eternitate deiectū vnici filii tui ſāguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenꝰ mori deſideras: et qui nō derelinquis deuios/ aſſume correctos: moueant pietatē tuā queſumus dn̄e horū famulorū tuorū lachrymoſa ſuſpiria: tu eorum medere vulneribus: tu iacentibus manū porrige ſalutarē: ne eccl'ia tua aliqua ſui corporis portiōe vaſtet̄: ne grex tuꝰ detrimētū ſuſtineat: ne de familie tue dāno inimicꝰ exultet: ne renatos lauacro ſalutari mors ſc̄da poſſideat. Tibi ergo dn̄e ſupplices preces ꝛ cordis fletū effundimus: tu parce cōfitentibus/ vt ſic in hac mortalitate pctā ſua te adiuuāte defleāt/ quatinꝰ in tremendi iudicij die ſentenciā eterne dānationis euadant: et neſciant piiſſime pater quod terret in tenebris/ qd̄ ſtridet in flāmis: atq́ ab erroris ſui via ad iter reuerſi iuſticie: nequaq̄ vltra vulneribus ſaucient̄: ſꝫ itegrū ſit eis atq́ ꝑpetuū/ ꝛ qd̄ grā tua cōtulit et qd̄ miā reformauit. Per eūd. Oꝛ.

Domine ſcte pater oīps eterne deꝰ: qui vulnera nr̄a curare dignatus es: te ſupplices rogamus ac petimꝰ nos humiles tui ſacerdotes: vt precibꝰ noſtris aurem tue pietatis inclinare digneris: atq́ ad penitētiā cōfeſſione mouearis: remittaſq́ oīa crimina et pctā vniuerſa cōdones: deſq́ his famulis tuis dn̄e pro ſuppliciis veniam/ pro merore leticiā pro morte vitā. vt qui ad tantā ſpē celeſtis apicis deuoluti ſunt: de tua miſericordia cōfidentes/ ad bona pacifici premij tui atq́ ad celeſtia dona peruenire mereātur. Per ꝛc. Hic nō dr̄ Oremꝰ. ſed ſacerdꝰ. ad ꝑplm ꝯuerſꝰ manu extēſa ſine nota dicat abſolutionē.

Abſolutimꝰ vos vice bti petri apl'oꝝ principis: cui collata eſt a dn̄o poteſtas ligandi atq́ ſoluendi: et quātū ad vos pertinet accuſatio et ad nos remiſſio: ſit vobis ōps deꝰ vita ⁊ ſalꝰ: et oīm pctōꝝ veſtroꝝ pius īdultoꝛ. Qui viuit ⁊ regnat cū deo pa. ⁊c. Et ſic ſurgāt ōs a pſtratōe deoſculātes formulas vel terrā ſacerdote dicēte Qui viuit.. et ſi ep̄s adeſt dicat benedictionē Deīde īcipiat miſſa ſolēniter ſine regimine choꝛi. Offīm

Nos aūt glīari opoꝛtet in cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: in quo eſt ſalꝰ vita et reſurrectio nr̄a. perquē ſaluati ⁊ liberati ſumꝰ. ℣ Deꝰ miſereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat nob: illuīet vultū ſuū ſuꝑ nos/ ⁊ miſereat̄ nr̄i. Si ep̄s celebꝛet dr̄ Glīa patri. et ſiue ep̄s celebꝛet ſiue nō dicit̄ cātus de Conditoꝛ Kyrie el. abſq̄ v̄ſibꝰ Si ep̄s celebꝛet dicit̄ Glīa in excel. aliter nō Sequat̄ Oꝛemus. ſine Flectamus. Orō.

Deus a quo ⁊ iudas ꝓditoꝛ reatus ſui penā et cōfeſſionis ſue latro premiū ſūpſit: cōcede nobis tue ꝓpiciatiōis effectū vt ſicut ī paſſione ſua ieſus xp̄s dn̄s noſter diuerſa vtriſq̄ ītulit ſtipēdia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatis erroꝛe reſurrectiōis ſue grāꝫ largiat̄. Q̄ te. Ad coꝛ. i. xi

Fratres: Conuenientibꝰ vobis in vnū iā nō eſt dn̄icā cenā māducare. Unuſquiſq̄ enī ſuā cenā pꝛeſumit ad māducādū. Et alius quidē eſurit: alius aūt ebꝛius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut eccleſiā dei cōtēnitis: ⁊ ꝯfūditis eos qui nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enī accepi a dn̄o quod ⁊ tradidi vobis: q̄m dn̄s ieſus in qua nocte tradebat̄ accepit panē/ et grās agēs fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc eſt coꝛpꝰ meū: quod ꝓ vobis tradet̄. Hoc facite: in meā cōmemoꝛationē. Similiter et calicem: poſtq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamētū eſt: in meo ſāguine. Hoc facite quotiēſcūq̄ bibetis: in meā cōmemoꝛationem. Quotienſcūq̄ enī māducabitis panē hūc et calicē bibetis: moꝛtē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq̄ quicūq̄ manducauerit panem vel biberit calicem dn̄i indigne: reus erit coꝛpoꝛis et ſāguinis dn̄i. Pꝛobet aūt ſeipſū homo: et ſic de pane illo edat/ ⁊ de calice bibat. Qui enī māducat et bibit indigne: iudiciū ſibi māducat ⁊ bibit/ non diiudicans coꝛpus dn̄i. Ideo īter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: et doꝛmiūt multi. Q̄ ſi noſmetipſos diiudicaremꝰ nō vtiq̄ iudicaremur Dum iudicamur aūt a dn̄o coꝛripimur: vt nō cum hoc mundo dānemur. Hec ꝓdicta ep̄la legat̄ in pulpito: ⁊ ibidē cātet̄ gr̄. a duobꝰ clericis in ſuppellicijs. Gr. Xp̄s factꝰ eſt ꝓ nobis obediēs vſq̄ ad moꝛtē: moꝛtē aūt crucis. ℣. Pꝛopt̄ qđ et deꝰ exaltauit illū/ ⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſuꝑ oē nomē. Repetat̄ grad. niſi ep̄s celebꝛet Euā. legat̄ ī pulpito moꝛe dn̄icali. Sc̄dm ioh̄em. xiij.

Ante diē feſtū paſche ſciens ieſus q2 venit hoꝛa eius vt tranſeat de hoc mundo ad patrē cū dilexiſſet ſuos qui erāt in mūdo in finem dilexit eos. Et cena facta cū dyabolus iā miſiſſet in coꝛ vt traderet eū iudas ſymonis ſcariothis ſciēs q2 oīa dedit ei pater in manus et quia a deo exiuit et ad deum vadit. ſurgit a cena/ et ponit veſtimenta ſua. Et cū ac cepiſſet lintheū: pꝛecinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluī: ⁊ cepit lauare pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ: ⁊ extergere lintheo quo erat pꝛecīctus. Venit ergo ad ſymonem petrum Et dixit ei petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Rñdit ieſus et dixit ei Qđ ego facio tu neſcis modo: ſcies autē poſtea. Dixit ei petrus. Nō lauabis michi pedes in eternū. Rñdit ei ieſus. Si nō lauero te nō habebis partē mecū Dixit ei ſymō petrus. Dñe nō tātū pedes meos: ſed et manꝰ et caput. Dixit ei ieſus. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus totus. Et vos mūdi eſtis: ſed non oēs. Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eū: pꝛopterea dixit nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit veſtimēta ſua: et cū recubuiſſet iterū dixit eis. Scitis qđ fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis Sum etenī. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis alter alteriꝰ lauare pedes Exemplū enī dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobꝫ: ita ⁊ vos faciatis. Sine Credo. Si ep̄s celebrauerit / legat᷑ hoc euāgeliū more duplicis feſti cum Credo. Offr̄. Dextera dñi fecit ꝟtutē: dextera dñi exaltauit me: nō moꝛiar ſꝫ viuā et narrabo oꝑa dñi. Ponāt᷑ a ſubdyacono tres hoſtie ad ſacrā dñi / q̄ꝝ due reſeruent᷑ i craſtinū vna ad ꝑcipiēdū a ſacerdote. reliqua vt ponat᷑ cū cruce i ſepulchꝛo

IPſe tibi q̄s dñe ſancte Sec̄ pater oīps eterne deus: ſacrificiū noſtrū reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemoꝛationē hoc fieri hodierna traditione monſtrauit ieſus xp̄s dñs nr̄. Qui te. P̄fatio quotid. Hac die. Sāctus. ſolēniter cātet᷑: lꝫ ep̄s defuerit. Infra canonē. Cōicantes et Hāc igit᷑ ⁊ Qui p̄die. et dr̄ tā a ſacerdō. q̄ ab ep̄o Tres pueri ante olei cōſecrationē ſimul cātent hūc hymnū in ſuppellicijs O redēptoꝛ. Choꝛus idē repetat poſt vnūquēq; ꝟſū Hac die nō dicit᷑ Agnus. nec pax det᷑: niſi ep̄s celebrauerit: tūc enī dr̄ Agnꝰ. ſolēniter moꝛe duplicis feſti: et ſacri criſmatis ampula ꝓ pace deoſculet᷑. Cō. Dñs ieſus poſtq̄ cenauit cū diſcipulis ſuis lauit pedes eorū ⁊ ait illis: ſcitꝫ qđ fecerī vobꝫ ego dñs ⁊ magiſter / exēplū dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatꝫ. Cātata cōione ſtati incipiant᷑ veſpe feſtiue ſine regimine choꝛi et ſine Deꝰ in adiu. Ab aliq̄ de ſuꝑioꝛi gradu incipiat᷑ ā. Calicē. pſ. cxv

CRedidi ꝓpter qđ locutus ſū: ego aūt humiliatus ſū nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oīs hō mēdax. Quid retribuā dño: pꝛo oībus q̄ retribuit michi. Calicem ſalutaris accipiā: et nomē dñi inuocabo. Vota mea dño reddā coꝛā oī ppl̄o eiꝰ: pꝛecioſa in cōſpectu dñi moꝛs ſanctoꝛum eius. O domine quia ego ſeruus tuus ego ſeruus tuus et filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddā in ꝯſpectu oīs populi eius: in atrijs domus dñi in medio tui hieruſalē. Nō dicit᷑ Glia patri. ſed repetat᷑ ā. Calicē ſalutaris accipiā: et nomen dñi inuocabo. Et cetere āe cū ceteris pſ̄is dicūtur ſine Glia patri. pſ. cxix.

AD dominũ cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera aīam meā a labijs iniqͥs: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad linguā dolosā? Sagitte potentis acute: cū carbonibꝰ desolatorijs. Heu michi q2 incolatus meꝰ prolōgatus est habitaui cū habitātibus cedar/multū incola fuit aīa mea. Cū his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis ipugnabāt me gratis. ℟. Cū his qui oderūt pacē erā pacificꝰ cū loqͣbar illis ipugnabāt me gratꝭ. ꝑ cxxxix.

ERipe me dñe ab homīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die cōstituebāt prelia. Acuerūt linguas suas sicut serpētes: venenū aspidū sub labijs eorū. Custodi me dñe de manu pctōris: et ab hoībus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos: abscōderunt superbi laqueū michi. Et funes extenderūt in laqueū: iuxta iter scādalū posuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee. Dñe dñe virtꝰ salutis mee: obūbrasti super caput meū in die belli. Nō tradas me domīe a desiderio meo pctōri: cogitauerūt contra me ne derelinquas me ne forte exaltent. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipōꝝ operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignē deijcies eos/in miserijs nō subsistēt. Vir linguosus nō dirigetur in terra: virū iniustū mala capient in interitu. Cognoui q2 faciet dñs iudiciū inopis: et vindictā pauperū. Verūtamen iusti cōfitebunt nōi tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo. ℟. Ab hoībus iniquis libera me dñe. ꝑs. cxl.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee dū clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensū in cōspectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiā ori meo: et ostiū circūstantie labijs meis. Non declines cor meū in verba malicie: ad excusādas excusationes in pctis. Cum hoībus operātibꝰ iniquitatē: et non cōmunicabo cū electis eorū. Corripiet me iustus in mīa ⁊ increpabit me: oleū aūt pctōris nō impinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eoꝝ: absorpti sūt iūcti petre iudices eorum. Audient verba mea qm̄ potuerūt: sicut crassitudo terre erupta est super terrā. Dissipata sūt ossa nostra secus infernū: q2 ad te dñe dñe oculi mei in te speraui nō auferas aīam meā. Custodi me a laqueo quē statuerūt michi: et ab scādalis operantiū iniquitatē. Cadent in retiaculo eius pctōres: singulariter sum ego donec transeā. ℟. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et a scandalis operatium iniquitatem. Psalmus. cxli.

VOce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sū. Effundo in cōspectu eius orationē meā: ⁊ tribulationē meā ante ipsum pronūcio. In deficiēdo ex me spiritū meū: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ābulabā: abscōderūt laqueū michi. Considerabā ad dexterā et videbam: et non erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: ⁊ nō est qui requirat animā meā. Cla maui ad te domīe dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuētiū. Intende ad deprecationē meā: qꝛ humiliatus ſū nimis. Libera me a ꝑſequētibꝰ me: qꝛ cōfortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia aīam meā ad cōfitēdum noī tuo: me expectāt iuſti donec retribuas michi. ā. Cōſiderabā ad dexterā et videbā: et nō erat qui cognoſceret me. Finita hac quinta ā ſtati icipiatꝛ ā Cenātibꝰ. Luce i.

Magnificat: aīa mea dñm. Et exultauit ſpiritus meꝰ in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enī ex hoc beatā me dicēt oēs generationes. Qꝛ fecit michi magna qui potēs eſt: ⁊ ſanctū nomē eius. Et mīa eius a progenie in progenies: timētibus eū. Fecit potentiā in brachio ſuo: diſꝑſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Eſurientes īpleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuū: recordatus mīe ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros: abrahā et ſemini eius in ſecula. ā. Cenātibꝰ aūt accepit ieſus panē: bñdixit ac fregit dedit diſcipulis ſuis. Repetita añ. poſt Magnificat. Dicat ſacerdos poſtcom. cū Dñs vobiſcū. et Oremus: more ſolito

Refecti vitalibus alimētis q̄s dñe deꝰ noſter: vt quod tpe noſtre mortalitatis exequimur: īmortalitatis tue mūere cōſequamur. Per. Et ſic miſſa ⁊ veſpere ſimul finiātꝛ diacono dicēte Ite miſſa eſt. ſi epūs celebret. ſi nonō: miſſa ⁊ veſpe ſimul finiant cū Bñdicamꝰ dño. Propꝛ ſolēnitatē vero cene dyaconꝰ ⁊ ſubdyaconus dalmatica ⁊ tunica induātur lꝫ epūs non celebrauerit. ¶ Poſt prādiū cōueniāt clerici ad eccleſiā ad altaria abluēda ⁊ ad mādatū faciendū: et ad ꝯpletoriū dicēdū: In ꝓmis bñdicatꝛ aqua more ſolito extra chorū ꝓuati. Deinde preparentꝛ duo ſacerdo. excellētiores cum dyacono ⁊ ſubd. de ſcda forma ⁊ ceroferarijs de ꝓma forma qui oēs ſunt albis cū amictibus induti. ⁊ incipiāt a maiori altari ⁊ abluāt illud ifūdētes vinū et aquā/ ⁊ iterī cātetꝛ ℟. In mōte oliueti. a toto choro corā altari cū ſuo vſu. ⁊ dr ſine Gliā patri. Quo finito dr ℣ ⁊ or de ſctō i cuius honore cōſecratū ē altare ab excellētiori ſacerdote modeſta voce. Item ſine nota q̄ terminetꝛ ſic Per xp̄m. nec ꝑcedat nec ſubſeqꝛ Dñs vo. ſed tm̄ Oremꝰ ante oronē. Eodē mō oīa altaria in ecclia abluūtur cū ℟. ⁊ ℣. ſicut ordinati ſunt in ꝑdicta hyſtoria: ſcꝫ In mōte oliueti. et cū ℣. ⁊ or de ſctis vt ſupradictū eſt. Ita ꝙ nullū ℟ incipiatꝛ niſi tm̄ corā altari ⁊ ibi totū cātabitꝛ vt ſupra diximus. Et ſemper in extrema ablutione cantetur ℟. Circundederūt me. cū ſuo ℣. Et ſi plura fuerint altaria in ecclia ꝙ ℟. in ꝑdicta hyſtoria: tūc reīcipiatꝛ hyſtoria ordine ꝑdicto ſeruato: ſed ꝙ ℟. Circūderūt. ſēp vltio loco cantetꝛ. Poſt ablutionē altaris intrent capitulū ⁊ dyaconus legat euāgeliū Ante diē feſtū. ſicut ad miſſam lectū eſt: deinde dicitꝛ ſermo. Quo finito ſurgant duo predicti ſacerdotes: et incipientes a maioribꝰ lauēt oīm pedes/ vnꝰ ex vna parte/ ⁊ alter ex altera parte chori: ⁊ ipſi inuicem ſibi lauent pedes.

Et interī cantenƚ he ſequẽtes āe cū ſuis p̄s a toto choro iterū ſedēte. ā. Mādatū nouū. p̄. Deꝰ miſereaƚ. totꝰ p̄s dꝫ ſine Glia patri. Et poſt vnūquēꝗ v̄. repetatur ā. Et hoc mō dñr oēs āe cū ſuis p̄s que ſequūƚ. ā. Diligamꝰ nos. p̄s Ecce ꝙ bonū. ā. In diebꝰ illis. p̄s Miſerere. i. ā. Maria ergo. p̄s. Beati imaculati. ā. Poſtq̄. p̄ Audite hec oēs gen. He ſequētes āe ſi neceſſe fuerit cātenƚ: ſin aūt oīno pretermittanƚ. ā. Vos vocatis. ā Si ego dñs. ā. Ante. ā. Venit ad petrū. Peractā ablutione pedū dicto ſermone: accipiāt caritatis potū. Quibꝰ rite pactis vnus ſacerdos dicat p̄ces hoc mō. Suſcepimꝰ deus miām tuā In medio tēpli tui Tu mādaſti Mādata tua cuſtodiri nimis Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocūdū Habitare fr̄es ī vnū Dñe exaudi Et cla. Dñs vo. Et. Oreꝰ

Oꝛ.

Adeſto q̄s dñe officio ſeruitutis nr̄e: et qꝛ tu pedes lauare dignatꝰ es tuis diſcipl'is ne deſpicias opa manuū tuaꝝ q̄ nobis retinēda mādaſti: ſed ſicut exteriora hic abluūtur inquinamēta corpoꝝ: ſic a te oīm nr̄oꝝ interiora mūdenƚ pctā: qd̄ ip̄e preſtare digneris. Qui cū deo patre et ſpi. ſan. vi. et re. deꝰ. P.

Si vero nullꝰ adſit clericꝰ ſermonē faciēs reterꝫ vt p̄riꝰ pactis poſt ablutionē pedū dñr preces p̄dicte. Deinde legaƚ ſequēs euāgeliū a q̄dā dyacono de ſcd̄a forma ī ſuppellicio ſine titulo. Bñdictiōe p̄us petita ab executoꝛe officij: ⁊ legaƚ moꝛe lec. fr̄ibus interī caritatis potū ſumētibꝰ ⁊ legaƚ vſqꝫ ad illū finē Surgite eamus hinc. Et ita recedāt. Euā. Joh. xiij. et xiiij.

Amen amen dico vobis: nō eſt ſeruꝰ maioꝛ dño ſuo. neqꝫ apoſtolus maioꝛ eſt qui miſit illū. Si hec ſcitis: beati eritis ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico Ego ſcio quos elegerī: ſꝫ vt adimpleatur ſcriptura. Qui mādu cat meū panē: leuabit contra me calcaneū ſuū. Amen amen dico vobis priuſq̄ fiat vt cum factū fuerit credatis quia ego ſum. Amen amen dico vobis: q̄ accipit ſi quē miſero: me accipit. Qui autē me accipit: accipit eum qui me miſit Et cū hec dixiſſet ieſus: turbatꝰ eſt ſpiritu/et proteſtatus eſt et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet Aſpiciebant ergo ad inuicē diſcipuli heſitantes de quo diceret. Erat autem recūbens vnus ex diſcipulis eiꝰ in ſinu ieſu: quē diligebat ieſus. Innuit ergo huic ſymon petrus: ⁊ dixit ei. Quis eſt de quo dicit? Itaqꝫ cū recubuiſſet ille ſupra pectus ieſu: dixit illi. Dñe q̄s eſt? Rn̄dit ieſus. Ille eſt cui ego intinctū panē porrexero Et cū intinxiſſet panē: dedit iude ſymōis ſcariothis Et poſt bucellā: introiuit in illū ſathanas. Et dixit ei ieſus. Quod facis: fac citiꝰ. Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbentiū: ad q̄d dixerit ei Quidā aūt putabāt qꝛ loculos habebat iudas ꝙ dixiſſet ei ieſus: eme ea q̄ nobis opus ſūt ad diē feſtū/aut vt egenis aliquid daret. Cū ergo accepiſſet ille bucellā: exiuit cōtinuo Erat eī nox. Cū ergo exiſſet dixit ieſus Nunc clarificatus eſt filius hoīs et deus clarificatꝰ eſt in eo Si deus clarificatꝰ eſt in eo ⁊ deꝰ clarificauit eū in ſemetip̄o Et ꝯtinuo clarificauit eū. Filioli adhuc modicū vobiſcū ſum. Queretis me et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō poteſtꝫ venire Et vobꝫ dico modo. Mādatū nouū do vobꝫ vt diligatꝫ inuicē: ſicut dilexi vos vt et vos diligatis inuicē. In hoc cognoſcēt oēs qꝛ diſcipl'i mei eſtꝫ ſi dilectionē habueritis ad inuicē Dixit ei ſymon petrus Dn̄e quo vadis? Rn̄dit ieſus Quo ego vado nō potes me modo ſeq̄: ſeq̄ris aūt poſtea. Dixit ei petrꝰ Quare nō poſſū te ſeq̄ modo? Aīam meā ꝓ te ponā. Reſpōdit ieſus Aīam tuā pꝛo me pones? Amen amē dico tibi: nō cātabit gallus / donec ter negabis me Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetꝛ coꝛ veſtrū: neq̄ foꝛmidet. Creditis in deū: et in me credite In domo pr̄is mei: mānſiones multe ſūt Si q̄minꝰ dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobꝫ locū. Et ſi abiero ⁊ pꝛeparauero vobis locū: iterꝫ veniā ⁊ accipiā vos ad meipſū: vt vbi ſū ego et vos ſitis. Et q̄ ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitis. Dixit ei thomas. Dn̄e neſcimus quo vadis Et quō poſſumꝰ viā ſcire? Dixit ei ieſꝰ. Ego ſum via: veritas ⁊ vita Nemo venit ad patrē: niſi ꝑ me. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrē meū vtiq̄ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū: et vidiſtis eū. Dixit ei philippus Dn̄e oſtēde nobis patrē: ⁊ ſufficit nobis Dixit ei ieſꝰ. Tāto tp̄e vobiſcū ſū: ⁊ nō cognouiſtis me. Philippe q̄ videt me: videt et patrē meū Et quō tu dicis oſtēde nobis pr̄em? Nō credis qꝛ ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Verba q̄ ego loquoꝛ vobis: a meipſo nō loquoꝛ. Pater aūt in me manēs: ipſe facit opa Nō creditis qꝛ ego in pr̄e: ⁊ pater in [illegible] Alioqñ pꝛopter ipſa opa credite. Amē amen dico vobis: qui credit in me opa que ego facio ⁊ ip̄e faciet Et maioꝛa hoꝛū faciet: qꝛ ego ad patrē vado Et quodcūq̄ petieritis patrē in noīe meo hoc faciā: vt glificetur pater in filio. Si qd petieritis in noīe meo: hoc faciā Si diligitis me mādata mea ſeruate Et ego rogabo patrē: ⁊ aliū paraclitū dabit vobis / vt maneat vobiſcū ī eternū. Spm̄ veritatis quē mūdꝰ nō pōt capere: qꝛ nō videt eū / nec ſcit eū. Vos aūt cognoſcetis eū: qꝛ apō vos manebit / ⁊ in vobis erit. Nō relinquā vos oꝛphanos: veniā ad vos Adhuc modicū ⁊ mūdus me iam non videt Vos aūt videbitis me: qꝛ ego viuo / ⁊ vos viuetis In illo die vos cognoſcetis qꝛ ego ſū in pr̄e meo et vos in me ⁊ ego in vobis Qui habet mādata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̄ diligit me Qui aūt diligit me: diligetꝛ a pr̄e meo Et ego diligā eū: ⁊ manifeſtabo ei meipſū. Dixit ei iudas: nō ille ſcariothis Dn̄e qd factū ē qꝛ manifeſtaturꝰ es teipſū nobꝫ ⁊ nō mūdo? Rn̄dit ieſus ⁊ dixit ei Si qs diligit me: ſermonē meū ſeruabit. Et pater meus diliget eū: ⁊ ad eū veniemꝰ et mānſionē apud eū faciemꝰ Qui nō diligit me: ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis nō eſt meꝰ: ſed eius qui miſit me patris Hec locutꝰ ſū vobis: apud vos manēs Paraclitus aūt ſpūs ſanctus quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa / ⁊ ſuggeret vobis oīa q̄cūq̄ dixero vobis Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quō mūdus dat: ego do vobis. Nō turbetꝛ coꝛ veſtrū neq̄ foꝛmidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos.

Si diligeretꝭ me gauderetis vtiq̄ qꝛ vado ad patrē qꝛ pať maioꝛ me eſt. Et nūc dixi vobis pꝛiuſq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa loquar vobiſcū. Venit enī pꝛīceps mūdi huiꝰ: ⁊ in me nō habet q̄cq̄. Sed vt cognoſcat mūdꝰ qꝛ diligo patrē: ⁊ ſicut mādatū dedit michi pater: ſic facio. Surgite eamꝰ hinc. ¶ Feria vi. ī die paraſceues dicta hoꝛa ix/ accedat ſacerdos ad altare indutꝰ veſtibꝰ ſacerdotalibꝰ ī caſula rubea cū dyacono ⁊ ſubd. ⁊ ceterꝭ miſtris altaris q̄ oēs ſunt albis cū amictibus īduti: ⁊ ſtatī pcedat acolitꝰ alba īdutꝰ ad legēdū hāc lcōnē ad ḡdū chori ſn̄ titl'o hoc mō. ¶ Oꝛee. vi.

IN tribulatione ſua mane cōſurgēt ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dn̄m: qꝛ ipſe cepit ⁊ ſanabit nos/ percutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tercia ſuſcitabit nos ⁊ viuemus in cōſpectu eiꝰ. Sciemus ſequemurq̄: vt cognoſcamꝰ dn̄m. Quaſi diluculū pparatꝰ eſt egreſſus eiꝰ: ⁊ veniet q̄ſi ymber nobis tp̄aneꝰ ⁊ ſerotinꝰ t̄re. Quid faciā tibi effrai? Quid faciā tibi iuda. Mia vr̄a q̄ſi nubes matutina: ⁊ q̄ſi ros mane ptrāſiēs. Propť hoc dolaui in pphetis ⁊ occidi eos in v̄bis oꝛis mei: ⁊ iudicia mea q̄ſi lux egredienť. Qꝛ miam volui: ⁊ nō ſacrificiū. ⁊ ſcientiā dei pluſq̄ olocauſtū. Chorꝰ altnati dicat tr.

DNe audiui auditū tuū et timui: cōſideraui opa tua et expaui. v. In medio duoꝝ aīaliū inoteſceris dū appꝛopiquauerit āni cognoſceris dū aduenerit tēpꝰ oſtēderis. v. In eo dū conturbata fuerit aīa mea ī ira miē memoꝛ eris. v. Deꝰ a libano veniet ⁊ ſcīꝰ de mōte vmbꝛoſo ⁊ cōdēſo. v. Operuit celos maieſtas eiꝰ: ⁊ laudis eius plena eſt t̄ra. Sequať or. ſin̄ Dn̄s vo. ſed tm̄ cū Oꝛeꝰ. et Flecta. oꝛ.

DEus a quo ⁊ iudas pditoꝛ reatꝰ ſui penā/ ⁊ cōfeſſiōis ſue latro pmiū ſūpſit: cōcede nobis tue ppiciationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dn̄s noſter diuerſa vtriſq̄ intulit ſtipendia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatis erroꝛe/ reſurrectionis ſue gratiā largiať. Qui tecū. Subdyaconus legat hanc lectionem ad gradum chori ſine titulo hoc modo. ¶ Lcō libꝛi exodi. xij. c.

DIxit dn̄s ad moyſē et aarō in t̄ra egypti. Mēſis iſte vobis principiū menſiū: pmus erit in mēſibus āni. Loquimini ad vniuerſū cetū filioꝝ iſrael: et dicite eis. Decima die menſis huius tollat vnuſq̄ſq̄ agnū per familias ac domos ſuas. Si aūt minoꝛ eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcēdū agnū: aſſumat vicinū ſuū qui iunctus eſt domui eius iuxta numerū aīaꝝ que ſufficere poſſit ad eſū agni. Erit enī agnꝰ abſq̄ macula: maſculus ānículus. Iuxta quē ritū tolletis ⁊ hedū: ⁊ ſeruabitis eū vſq̄ ad quartādecimā diē mēſis huiꝰ. Immolabitq̄ eū vniuerſa multitudo filioꝝ iſrael ad veſperū: ſumentq̄ de ſāguine agni ac ponēt ſup vtrūq̄ poſtē: et in ſupliminaribus domoꝝ in quibus comedēt illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: et azimos panes cū lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudū quid nec coctū aqua: ſed aſſū tantū igni. Caput cū pedibus eius et inteſtinis voꝛabitis: nec remanebit ex eo q̄cq̄ vſq̄ mane. Si qd reſiduum fuerit: igne cõburetis Sic aũt comedetis illum. Renes v̄ros accingetis ⁊ calciamẽta habebitis ĩ pedibꝰ tenẽtes baculos in manibꝰ/⁊ comedetꝫ feſtinãtes Eſt enĩ phaſe: id eſt tranſitꝰ dñi.

Chorus alternatim dicat tractũ

Eripe me dñe ab hoĩe malo a viro iniq̄ libera me. ℣ Qui cogitauerũt malicias ĩ corde: tota die ↄſtituebãt ꝓlia. ℣ Acuerũt linguã ſuã ſicut ſerpentes: venenũ aſpidũ ſub labijs eoꝝ. ℣ Cuſtodi me dñe de manu pctõris: ⁊ ab hoĩbus iniqs libera me. ℣ Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſꝰ meos: abſcõderũt ſuꝑbi laqueũ michi. ℣. Et funes extẽderũt ĩ laqueũ pedibꝰ meis: iuxta iter ſcãdalũ poſuerũt michi ℣ Dixi dño deꝰ meꝰ es tu exaudi dñe vocẽ orõnis mee ℣ Dñe dñe virtus ſalutis mee: obũbraſti caput meũ ĩ die belli. ℣ Ne tradas me a deſiderio meo pctõri cogitauerũt aduerſũ me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltẽtur. ℣. Caput circuitꝰ eoꝝ labor labioꝝ ipſoꝝ operiet eos. ℣. Verũtamẽ iuſti ↄfitebũtur nõi tuo ⁊ habitabũt recti cũ vultu tuo Sequat̃ paſſio ſine Dñs vo. et ſine titulo hoc modo incipiẽdo ¶ Joh̄is. xviij. c.

Egreſſus eſt ieſꝰ cũ diſcipꝉis ſuis trãs torrẽtẽ cedrõ vbi erat ortꝰ: in quẽ ĩtroiuit ipſe ⁊ diſcipuli eiꝰ Sciebat aũt ⁊ iudas q̄ tradebat eũ locũ qꝫ frequẽter ieſus ↄuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis Judas ergo cũ accepiſſet cohortẽ: ⁊ a põtificibꝰ et phariſeis miſtros: venit illuc cũ laternis ⁊ facibꝰ ⁊ armis. Jeſus itaq̄ ſciẽs oĩa q̄ vẽtura erãt ſuꝑ eũ: ꝓceſſit ⁊ dixit eis ✠ Quẽ q̄ritis? c. Reſpõderũt ei. s. Jeſũ nazarenũ. c. Dixit eis ieſꝰ ✠ Ego ſũ. c. Stabat aũt ⁊ iudas qui tradebat eũ cũ ipſis Vt ergo dixit eis ego ſũ: abierũt retrorſũ/et ceciderũt in terrã. Iterũ ergo interrogauit eos. ✠ Quẽ queritis? c. Illi aũt dixerunt. s. Jeſum nazarenũ. c. Reſpõdit ieſꝰ ✠ Dixi vobis: qꝫ ego ſum. Si ergo me queritis: ſinite hos abire. c. Vt impleretur ſermo quem dixit: quia quos dediſti michi/non perdidi ex eis quẽq̄. Symõ ergo petrus/habẽs gladiũ eduxit eũ: et percuſſit põtificis ſeruũ: ⁊ abſcidit auriculã eius dextrã. Erat autẽ nomẽ ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro ✠ Mitte gladiũ tuũ in vaginam. Calicẽ quẽ dedit michi pater: non vis vt bibã illum? c. Cohors ergo et tribunꝰ et miniſtri iudeoꝝ cõprehenderũt ieſum: et ligauerunt eũ/et adduxerunt eũ ad annã primũ. Erat enim ſocer cayphe qui erat pontifex anni illius. Erat autẽ cayphas qui conſiliũ dederat iudeis: qꝫ expedit vnum hoĩem mori pro populo. Sequebatur autẽ ieſum ſymon petrus: et alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille erat notus põtifici: ⁊ introiuit cũ ieſu in atriũ põtificis. Petrus autẽ ſtabat ad oſtiũ foris Exiuit ergo diſcipulus alius q̄ erat notus põtifici: ⁊ dixit oſtiarie/⁊ itroduxit petrũ. Dixit ergo petro ãcilla oſtiaria s. Nũqd ⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſtiꝰ? c. Dixit ille. s. Nõ ſũ c. Stabant autẽ ſerui ⁊ miniſtri ad prunas qꝫ frigus erat: ⁊ calefaciebãt ſe Erat aũt cũ eis ⁊ petrꝰ ſtans ⁊ calefaciẽs ſe. Põtifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius.

Reſpõdit ieſus. ✠ . Ego palã locutus ſũ mũdo. Ego ſemꝑ docui in ſynagoga et in tẽplo quo oẽs iudei cõueniũt: et in occulto locutus ſũ nichil. Quid me interrogas? Interroga eos ꝗ audierunt qd locutus ſũ ipſis. Ecce hi ſciũt que dixerim ego. c. Hec aũt cũ dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtroꝛũ dedit alapã ieſu dicens. s. Sic reſpõdes pontifici? c. Rñdit ei ieſ⁹ ✠ Si male locut⁹ ſũ: teſtimoniũ perhibe de malo. Si aũt bene qd me cedis? c. Et miſit eũ annas ligatũ: ad cayphã pontificẽ. Erat aũt petrus ſtans: et calefaciẽs ſe Dixerũt ergo ei. s. Nunqd et tu ex diſcipulis eius es? c. Negauit ille: et dixit. s. Non ſum. c. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis: cognatus ei⁹ cuius abſcidit petrus auriculã. s. Nõne ego te vidi ĩ oꝛto cũ illo? c. Iterũ ergo negauit petrus: ⁊ ſtatĩ gallus cãtauit Adducũt ergo ieſũ a caypha in pꝛetoꝛiũ Erat aũt mane. Et ipſi nõ introierũt in pꝛetoꝛiũ: vt nõ contaminarent̃ ſed mãducarent paſcha. Exiuit ergo pylat⁹ ad eos foꝛas: et dixit. s. Quã accuſationẽ afferitis aduerſus hoĩem hũc? c. Rñderũt ⁊ dixerũt ei. s. Si nõ eſſet hic malefactoꝛ: nõ tibi tradidiſſemus eũ. c. Dixit ergo eis pylatus. s. Accipite eũ vos: et ſecundũ legẽ veſtrã iudicate eũ. c. Dixerũt ergo ei iudei. s. Nobis non licet: interficere quẽq̃. c. Vt ſ̃mo ieſu ĩpleret̃ quẽ dixit: ſignificans qua moꝛte eſſet moritur⁹. Introiuit ergo iterꝫ in pꝛetoꝛiũ pylatus: ⁊ vocauit ieſũ ⁊ dixit ei. s. Tu es rex iudeoꝝ? c. Reſpõdit ieſus ✠ A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerũt de me? c. Reſpõdit pylat⁹. s. Nunqd ego iudeus ſum? Gens tua ⁊ põtifices: tradiderunt te michi. Quid feciſti. c. Rñdit ieſ⁹ ✠ Regnũ meũ nõ eſt de hoc mũdo. Si ex hoc mũdo eſſet regnũ meũ: miniſtri mei vtiq̃ decertarent vt nõ traderer iudeis. Nũc aũt regnũ meũ non eſt hinc c. Dixit itaq̃ ei pylatus. s. Ergo rex es tu? c. Rñdit ieſ⁹ ✠ Tu dicis: qꝛ rex ſũ ego. Ego in hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni in mundũ vt teſtimonũ perhibeã veritati. Ois qui eſt ex veritate: audit vocẽ meã. c. Dixit ei pylat⁹. s. Quid eſt veritas? c. Et cũ hoc dixiſſet: iterꝫ exiuit ad iudeos/ ⁊ dixit eis s. Ego nullã inuenio in eo cauſã Eſt aũt cõſuetudo vobis: vt vnũ dimittã vobis in paſcha Vultis ergo dimittã vobis regẽ iudeoꝝ c. Clamauerũt rurſũ oẽs dicẽtes s. Non hũc ſed barrabã. c. Erat aũt barrabas latro Tũc ergo apprehẽdit pylatus ieſũ: ⁊ flagellauit. Et milites plectẽtes coꝛonã de ſpinis ĩpoſuerũt capiti eius: ⁊ veſte purpurea circũdederũt eũ/ et veniebant ad eũ et dicebant. s Aue rex iudeoꝝ. c. Et dabãt ei alapas Exiuit iterꝫ pylatus foꝛas: ⁊ dixit eis. s. Ecce adduco vobꝫ eũ foꝛas: vt cognoſcatis qꝛ ĩ eo nullã cauſã inuenio. c. Exiuit ergo ieſ⁹ poꝛtãs ſpineã coꝛonã: ⁊ purpureũ veſtimentũ/ ⁊ dixit eis pylatus. s. Ecce hõ. c. Cũ ergo vidiſſent eũ pontifices et miniſtri clamabant dicẽtes. s. Crucifige crucifige eũ. c. Dixit eis pylatus s. Accipite eũ vos: et crucifigite. Ego enĩ non ĩuenio in eo cauſã c. Reſpõderũt ei iudei. s. Nos legẽ habemus: et ſcḋm legẽ debet moꝛi: qꝛ filiũ dei ſe fecit. c. Cũ ergo audiſſet pylatus hunc ſermonē: magis timuit. Et ingreſſꝰ eſt pretoriū iterū: & dixit ad ieſū. s. Unde es tu? c. Jeſus aūt reſponſum nō dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. s. Michi nō loqueris? Neſcis qꝫ poteſtatē habeo crucifigere te: & poteſtatē habeo dimittere te? c. Rn̄dit ieſus. ✠ Non haberes poteſtatē aduerſū me vllā: niſi tibi eſſet datū deſuꝑ. Propterea qui tradidit me tibi: maius pctm̄ habet. c. Et exinde q̄rebat pylatus dimittere eū. Judei aūt clamabāt dicētes. s. Si hūc dimittꝭ nō es amicus ceſaris. Oīs enī qui ſe regē facit: cōtradicit ceſari. c. Pylatꝰ ergo cū audiſſet hos ſermones adduxit foras ieſū: & ſedit ꝓ tribunali ī loco q̄ dicit̄ lichoſtratos / hebraice autē gabatha. Erat aūt paraſceue paſche hora quaſi ſexta: et dixit iudeis. s. Ecce rex veſter. c. Illi aūt clamabāt s. Tolle tolle: crucifige eū. c. Dixit eis pylatus. s. Regē veſtrum crucifigā? c. Reſpōderūt pontifices. s. Non habemus regē: niſi ceſarē. c. Tūc ergo tradidit eis illū: vt crucifigeret̄. Suſceperunt aūt ieſū: & eduxerūt. Et baiulās ſibi crucē exiuit in eū q̄ dicit̄ caluarie locū: hebraice autē golgotha / vbi eū crucifixerūt Et cū eo alios duos hinc & hic: mediū aūt ieſū. Scripſit aūt & titulū pylatus: et poſuit ſuꝑ crucē. Erat autē ſcriptū. Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. Hūc ergo titulū multi legerūt iudeoꝝ: quia ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt ieſꝰ. Et erat ſcriptū: hebraice grece & latine. Dicebāt ergo pylato pōtifices iudeoꝝ. s. Noli ſcribere rex iudeoꝝ: ſed qꝛ ipſe dixit rex ſū iudeorum. c. Reſpōdit pylatus. s. Quod ſcripſi ſcripſi. c. Milites ergo cū crucifixiſſent eū acceperūt veſtimēta eiꝰ: & fecerūt quattuor partes: vnicuiqꝫ militi partē: et tunicā. Erat aūt tunica inconſutilis deſuꝑ cōtexta per totū. Dixerūt ergo adinuicem. s. Non ſcindamus eā: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. c. Ut ſcriptura impleretur dicēs. Partiti ſūt veſtimēta mea ſibi. Accedant duo miniſtri in ſuppellicijs vnꝰ ad dextrū et altꝰ ad ſiniſtrū cornu altaris: & inde duo lintheamina āmoueāt q̄ ad hoc ſuꝑ altare fuerant apposita Et in veſtē meā: miſerūt ſortem. Et milites q̄dē hec fecerūt. Stabant aūt iuxta crucē ieſu mater eius & ſoror matris eiꝰ maria cleophe & maria magdalene. Cū vidiſſet ergo ieſus matrē & diſcipulū ſtantē quē diligebat: dixit matri ſue ✠ Mulier ecce filius tuꝰ c. Deinde dixit diſcipulo ✠ Ecce mater tua. c. Et ex illa hora: accepit eā diſcipulus in ſuā. Poſtea ſciens ieſus qꝛ iā oīa canſūmata ſūt: vt cōſūmaret̄ ſcriptura dixit ✠. Sitio. c. Uas ergo poſitum erat: aceto plenū. Illi aūt ſpōgiā plenā aceto yſopo circūponētes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepiſſet ieſus acetū: dixit. ✠ Cōſūmatū eſt. c. Et inclinato capite: tradidit ſpiritū. Sequat̄ Pater nr̄. Aue. In manus. c. Judei ergo quoniā paraſceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora ſabbō (erat enī magnus dies ille ſabbati) rogauerūt pylatū vt frangerentur eoꝝ crura: et tollerent̄. Uenerūt ergo milites: et primi quidem fregerūt crura: & alteriꝰ qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſū autē cū veniſſent vt viderūt eum iam mortuū non fregerūt eius crura ſed vnus militū lancea latus eiꝰ aperuit: et cōtinuo exiuit ſāguis et aqua Et qui vidit teſtimoniū perhibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū eius. Et ille ſcit qꝛ vera dicit: vt et vos credatis Facta ſunt enim hec: vt ſcriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbūt in quem tranſfixerunt. Euāgeliū.

Poſt hec aūt rogauit pylatum ioſeph ab arimathia/ eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ ieſu / occultꝰ aūt propter metū iudeorū: vt tolleret corpus ieſu. Et permiſit pylatus. Venit ergo ⁊ tulit corpus ieſu. Venit autē et nichodemus qui venerat ad ieſū nocte primū ferens mixturā mirre ⁊ aloes q̄ſi libras centū. Acceperūt ergo corpus ieſu ⁊ ligauerūt eū lintheis cū aromatibus: ſicut mos iudeis eſt ſepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus eſt ortus: ⁊ in orto monumentū nouū: in quo nondum quiſq̄ poſitus fuerat Ibi ergo ꝓpter paraſceuē iudeorū qꝛ iuxta erat monumentū: poſuerūt ieſū

Sequunt̄ orōes ſolēnes ⁊ ad vnā quāq̄ illarū dicit̄ Flectamꝰ ge niſi ad eā q̄ orat pro iudeis. Or.

Deus qui nos ad celebꝛãdũ hanc pꝛesentẽ festiuitatem vtriusqꝫ testamenti paginis instruis: da nobis itelligere mĩas tuas: vt ex perceptione pꝛesentiũ munerũ/ firma sit expectatio futuroꝛũ. Per do. Baruch. iij. ca.

Audi israel mandata vite: auribꝰ ꝑcipe/ vt scias pꝛudentiã. Quid est israel ꝙ in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cũ moꝛtuis. Deputatus es cũ his qui in inferno sũt: dereliquisti fontem sapientie. Nã si in via dei ambulasses: habitasses vtiqꝫ in pace super terrã. Disce vbi sit sapientia vbi sit virtus/ vbi sit pꝛudentia vbi sit intellectꝰ / vt scias simul vbi sit longiturnitas vite ⁊ victus/ vbi sit lumen oculoꝝ et pax. Quis inuenit locũ eius: ⁊ qs introiuit ĩ thesauros eiꝰ? Ubi sũt pꝛincipes gentiũ: et qui dominãtur super bestias q̃ sunt in terra? Qui in auibus celi ludũt: qui argentũ thesaurizãt / ⁊ aurũ ĩ quo confidũt homines/ et nõ est finis possessionis eoꝝ. Qui argentum fabꝛicant et solliciti sunt: nec est inuẽtio operũ illoꝝ. Et tamẽ exterminati sunt et ad inferos descenderũt: ⁊ alij in locũ illoꝝ surrexerũt. Iuuenes viderũt lumen et habitauerũt sup terrã. Uiam autẽ discipline nescierũt neqꝫ intellexerũt semitas eius: neqꝫ susceperunt eã filij eoꝝ. A facie eoꝝ longe facta est. Non est audita in terra chanaã: neqꝫ visa est in themã. Filij quoqꝫ agar qui exquisierunt pꝛudentiã que de terra est: negociatoꝛes terre et theman et fabulatoꝛes et exquisitoꝛes pꝛudentie et intelligētie. Viā autē ſapiētie neſcierūt: neq; meminerunt ſemitaꝝ eius. O iſrael q̃m magna eſt domus dei: et ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus et nō habet ꝯſummationē excelſus ⁊ imenſus. Ibi fuerūt gygātes noīati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna/ſciētes bellum. Nō hos elegit dn̄s neq; viā diſcipline inuenerūt/propterea perierūt. Et qm̄ nō habuerūt ſapientiā: interierunt propter ſuā inſipientiā Quis aſcēdit in celū et accepit eā / et eduxit eā de nubibus? Quis trāſfretauit mare et inuenit eā / et attulit eā ſuper aurū electū? Nō eſt qui ſciat viā eius: neq; qui excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa nouit illā: ⁊ adinuenit illā prudentia ſua. Qui perfecit terrā ī ſempiterno tp̄e: ⁊ adīpleuit eā pecudibus ⁊ q̄drupedib⁹ Qui emittit lucē et vadit ⁊ vocauit eā: ⁊ obedit illi in tremore. Stelle aūt dederunt lumen in cuſtodijs ſuis: et letate ſūt. Vocate ſūt et dixerunt. Aſſumus. Et luxerūt ei cū iocūditate: qui fecit illas Hic eſt deus noſter: et nō eſtimabit ali⁹ aduerſus eū. Hic adinuenit oēm viā diſcipline: et dedit illā iacob puero ſuo / et iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt: et cū hoībus conuerſatus eſt. Oratio

Deus qui nobis ꝑ prophetaꝝ ora precepiſti tēporalia relinquere atq; ad eterna feſtinare: da famulis tuis vt que a te iuſſa cognouim⁹: iplere celeſti inſpiratione valeamus. Per. Tr.

Sicut ceru⁹ deſiderat ad fōtes aquaꝝ: ita deſiderat aīa mea ad te deus. V⁹. Sitiuit aīa mea ad deū viuū q̄n veniā et apparebo āte faciē dei mei. V. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit̄ michi ꝑ ſingulos dies vbi eſt de⁹ tu⁹. Deinde he due orōnes dicāt ſub vno ꝑ dn̄m. et ſub vno Oremus. Or.

Concede q̄s oīps de⁹: vt q̄ ſolennitatē doni ſcti ſp̄us colimus: celeſtib⁹ deſiderijs accēſi fōtē vite ſitiam⁹ dn̄z no. ie. x. f. t.

Omps ſempiterne de⁹ q̄ paſchale ſacramētū quinquaginta dierū voluiſti myſterio ꝯtineri: p̄ſta q̄s / vt gētiū facta diſperſio diuiſiōe linguaꝝ ad vnā ꝯfeſſionē tui nōis celeſti munere cōgreget̄. P. d. Deīn ſequāt̄ letanie et bn̄dictio fōtiū ſicut ī vig. paſc. eodē v₃ mō ⁊ ordie ī eūdo et redeundo et ī ſtat̄. in redeūdo dr̄ Rex ſctōꝝ. ⁊ poſtea īcipiat̄ miſſa. Kyrie ek. et interī dicat ſacerdo. Cōfiteor. ⁊c. more ſolito Sequatur Glia ī ex. Tūc oēs genuflectent exuētes cappas nigras ⁊ pulſēt oēs cāpane. deīn dr̄ Dn̄s vo. Or.

Preſta q̄s oīps deus: vt claritatis tue ſup nos ſplēdor effulgeat: et lux tue lucis corda eoꝝ q̄ per gratiā tuā renati ſunt ſcti ſp̄us illuſtratione ꝯfirmet. Per dn̄m no. in vnitate eiuſdem.

Lectio actuum apoſtoloꝝ. xix. c.

In diebus illis Factū eſt cū apollo eſſet corinthi: ⁊ paulus peragratis ſuperiorib⁹ partibus veniret epheſū / ⁊ inueniret q̄ſdā diſcipulos: dixitq; ad eos. Si ſpiritūſctm̄ accepiſtis credētes? At illi dixerūt ad eū Sed neq; ſi ſp̄uſſctūs eſt audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerūt. In iohannis baptiſmate Dixit aūt paul⁹

Johannes baptizauit baptiſmo penitētie populū dicēs in eū qui venturus eſſet poſt ipſū vt crederent: hoc eſt in ieſū. His auditis baptizati ſūt ī noīe dn̄i ieſu. Et cū īpoſuiſſet illis manus paulꝰ: venit ſpūſſanctus ſuꝑ eos/et loquebant̄ linguis ⁊ ꝓphetabant Erāt aūt oēs viri fere duodeci. Introgreſſꝰ aūt paulꝰ ſinagogā cū fiducia loq̄bat̄ ꝑ tres mēſes/ diſputās ⁊ ſuadēs de regno dei.

Lecta ep̄la duo clerici de ſcd̄a forma ī cappis ſericꝫ ī pulpito cātēt hoc Allā. Chorꝰ idē ⁊ ꝓſeq̄t̄. Clerici. V. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonꝰ qm̄ in ſclm̄ mia eiꝰ. Chorꝰ finiat cū neu. Itē clerici reīcipiāt. Allā ſine neuma. Deīn ſeq̄t̄ tractꝰ q̄ a duobꝰ de ſcd̄a forma ī cappis nigris ad gradū chori totꝰ ⁊ īteger cātet̄ ı choro īterī ſedēte. Tractꝰ

Laudate dn̄m oēs gētes: et collaudate eū oēs ppli. V. Qm̄ cōfirmata eſt ſuꝑ nos mīa eiꝰ: ⁊ veritas dn̄i manet īeternū

Interī vero ꝑcedat dyaconus cū ſubd̄· ꝑ mediū cho. more ſolito ſū cruce ad legen̄· euāg. que p̄cedāt duo cerofer̄. cereis erticꝫ: ⁊ legat̄ ī pulpito more do. S. iohēz. xiiii.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Si diligitꝫ me: mādata mea ſeruate. Et ego rogabo patrē: ⁊ aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiſcū in eternū ſpm̄ veritatꝫ / quē mūdꝰ nō poteſt accipere qꝛ nō videt eū nec ſcit eū. Vos aūt cognoſcetꝫ eū: qꝛ apd̄ vos manebit/ ⁊ ī vobꝫ erit· Nō vos relinquā orphanos veniā ad vos. Adhuc modicū: et mūdus me iā nō videt. Vos aūt videtiſ me: qꝛ ego viuo ⁊ vos viuetis· In illo die vos cognoſcetꝫ qꝛ ego ſū ī patre meo ⁊ vos ī me et ego ī vobis. Qui habet mādata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̄ diligit me. Qui aūt diligit me: diliget̄ a patre meo. Et ego diligā eū: et manifeſtabo ei meipſ̄. Nō dicit̄ Credo. Offm. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̄ ⁊ renouabis faciē terre/ ſit glīa dn̄i ī ſcl̄a allā. Secꝛ.

Hoſtias ppli tui q̄ſ dn̄e miſeratus īt̄ēde: ⁊ vt tibi reddātur accepte ⁊ ſcīētias nr̄as ſctiſſpiritꝰ ſalutarꝫ emūdet aduētus· ꝑ dn̄. ī vni. Prefatio q̄tid̄. Hac die Sctūs. ⁊ Agnꝰ ſolēnit̄ dr̄. Cō.

Ultimo feſtiuitatis die dicebat ieſus q̄ ī me credit flūia de vētre eiꝰ fluēt aq̄ viue hoc aūt dicit de ſpū quē accepturi erāt credentes in eum alleluya allā. Poſtcōio.

Preſta q̄s oīs deus: vt ſpiritusſctūs adueniēs: maieſtatē nobis filij tui manifeſtādo clarificet· Qui te. ī vni eiuſd̄.

¶ In die penthecoſtes. Officiū.

Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarum allā. ⁊ hoc qd̄ ꝯtinet oīa ſcīētiā habet vocis allā alleluya allā. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipent̄ inimici eiꝰ: ⁊ fugiāt q̄ oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fideliū ſctiſpūs illuſtratione docuiſti: da nobis in eod̄ ſpū recta ſapere. et de eius ſemꝑ ꝯſolatione gaudere. Per. do ī v.

Lectio actuum apoſtolorum. ij. ca.

In diebus illis: Dū ꝯplerētur dies penthecoſtes: erāt oẽs diſcipuli pariter ĩ eodẽ loco Et factus eſt repẽte de celo ſon⁹ tanq̃ aduenientis ſpũs vehemẽtis: ⁊ repleuit totã domũ vbi erãt ſedẽtes. Et apparuerũt illis diſpertite lingue tanq̃ ignis ſeditqꝫ ſupꝛa ſingulos eoꝝ. ⁊ repleti ſũt oẽs ſpũ ſctõ. ⁊ ceperũt loqui varijs liguis ꝓut ſpũs ſctũs dabat eloqui illis. Erant aũt in hirl̃m habitãtes iudei viri religioſi: ex oĩ natiõe q̃ ſub celo eſt. Facta autẽ hac voce: cõuenit multitudo et mente confuſa eſt: qm̃ audiebat vnuſq̃ſqꝫ lingua ſua illos loquẽtes Stupebãt aũt oẽs: ⁊ mirabãtur adinuicẽ dicẽtes. Nõne ecce oẽs iſti q̃ loquũtur galilei ſunt? Et quõ nos audiuim⁹ vnuſquiſqꝫ linguã nr̃am ĩ qua nati ſumus? Parthi ⁊ medi ⁊ elamite: ⁊ qui habitãt meſopotamiã/iudeã et capadociã/ponthũ ⁊ aſiã/phꝛigiã ⁊ pãphiliã/egyptũ ⁊ partes libie q̃ eſt circa cyꝛenẽ: ⁊ aduene romani. Iudei q̃qꝫ ⁊ ꝓſeliti: cretes et arabes. Audiuim⁹ eos loquentes nr̃is linguis magnalia dei. Allã. ꝟ. Emitte ſpm̃ tuũ ⁊ creabũtur ⁊ renouabis faciẽ terre. Allã ꝟ. Spũs ſanctus procedens a throno apl'oꝝ pectoꝛa inuiſibili hodie ꝑluſtrauit potẽtia. Seq̃.

SAncti ſpũs aſſit nobis grã. Que coꝛda nr̃a ſibi faciat habitacula Expulſis inde cũctis vicijs ſpiritalib⁹. Spũs alme illuſtratoꝛ oĩm. Hoꝛridas nr̃e mẽtis purga tenebꝛas Amatoꝛ ſctẽ ſenſatoꝝ ſẽp cogitatuũ. Infũde vnctionẽ tuã clemẽs nr̃is ſẽſib⁹ Tu purificatoꝛ oĩm flagitioꝝ ſpũs. Purifica nr̃i ocl'm interioꝛis hoĩs Ut videri ſupꝛem⁹ genitoꝛ poſſit a nobis. Mundi coꝛdis quẽ ſoli cernere poſſũt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt p̄conia xp̄i pꝛecinuiſſẽt inclita. Apl'os ꝯfirmaſti vt tropheum xp̄i per totũ mũdũ veherẽt Quãdo machinã per verbũ ſuũ fecit de⁹ celi t̃re mariũ Tu ſuper aquas fotur⁹ eas numẽ tuũ expãdiſti ſpũs Tu aĩabus viuificãdis aquas fecũdas. Tu aſpirãdo das ſpiritales eſſe hoĩes Tu diuiſũ per linguas mũdũ et ritus adunaſti dñe Idolatras ad cultũ dei reuocas magiſtroꝝ optime Ergo nos ſupplicãtes tibi exaudi ꝓpici⁹ ſctẽ ſpũs. Sine quo pꝛeces oẽs caſſe reddũtur ⁊ indigne dei auribus. Tu q̃ oĩm ſcl'oꝝ ſãctos Tui noĩs docuiſti inſtinctu amplectẽde ſpũs. Ipſe hodie apl'os xp̄i donãs munere inſolito et cũctis inaudito ſeculis. Hũc diẽ glorioſũ feciſti. Sc̃dm iohãnẽ. xiiij.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis Si q̃s diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit Et pater me⁹ diliget eũ: et ad eũ veniem⁹ et mãſionẽ apd̄ eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me: ſermões meos nõ ſeruat. Et ſermonẽ quẽ audiſtis nõ eſt me⁹: ſed eius qui miſit me patris. Hec locut⁹ ſũ vobis: apd̄ vos manẽs. Paraclit⁹ aũt ſpũs ſctũs quẽ mittet pater ĩ noĩe meo ille vos docebit oĩa/et ſuggeret vobis oĩa quecũqꝫ dixero vobis Pacẽ relinq̃ vobis: pacẽ meã do vobis. Nõ quõ mũdus dat: ego do vobis. Non turbet coꝛ veſtrũ neqꝫ foꝛmidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ/qꝛ vado ad patrẽ: qꝛ pater maioꝛ me eſt Et nũc dixi vobis pꝛiuſq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis Iã nõ multa: loquar vobiſcũ Ue nit eni͂ princeps mu͂di hui⁹: ⁊ in me nō habet q̄cq̄. Sed vt cognoscat mu͂dus q̄ꝛ diligo patrē: ⁊ sicut mandatu͂ dedit michi pater: sic facio. Offr. Cōfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis a tēplo tuo [illegible] est in hierusalē tibi offerēt reges munera allā. Secreta.

Munera dn̄e q̄s oblata sanctifica: et corda nostra sc̄ti spūs illustratiōe emu͂da. Per d̄. in vni. eiusd̄. Pr̄efa. Qui ascendēs. Hec p̄fat. dr̄ quotid. ꝑ hanc ebdo. ⁊ i oibus missis de sc̄tō spū ꝑ totu͂ annu͂. Ita q̄ extra hāc ebdo. nō dn̄r hec due verba hodierna die. in p̄fat. Cōicātes. ⁊ Hāc igit̄. vsq̄ ad festu͂ sc̄tē trin. dn̄r tm̄ Cōio. Fact⁹ est repēte de celo son⁹ aduenie͂tis spūs vehemētis vbi erāt sedentes allā. et repleti su͂t oēs spūsc̄tō loquētes magnalia dei allā alleluya. Postcōio.

Sancti spūs dn̄e corda nr̄a mu͂det infusio: et sui roris intima aspersione fecu͂det. Per dn̄m nostru͂. in vnitate eiusdem.

¶ Feria sc̄da. Ad missā. Officiu͂.

Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya. et de petra melle saturauit eos allā allā alleluya Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus q̄ apl̄is tuis sc̄m dedisti spm̄: cōcede plebi tue pie petitionis effectu͂: vt quibus dedisti fidem largiaris et pacem Per dn̄m. in vnitate eiusdem. Lectio actuum apostoloru͂ x. ca.

In diebus illis: Aperiēs petrus os suu͂ dixit. Viri fratres, nobis precepit dn̄s populo p̄dicare et testificari: q̄ꝛ ipse est q̄ constitutus est a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic oēs ꝓphete testimoniu͂ ꝑhibēt: remissionē pc̄cōꝝ accipere per nomē ei⁹ oēs qui credu͂t in eu͂. Adhuc loquente petro v̄ba hec: cecidit spūsc̄tus sup oēs q̄ audiebāt verbu͂ Et obstupueru͂t ex circu͂cisione fideles q̄ venerāt cu͂ petro: q̄ꝛ ⁊ i nationes gr̄a spūsc̄ti effusa ē. Audiebāt eni͂ illos loquētes li͂guis: ⁊ magnificātes deu͂. Tu͂c respōdit petrus. Nu͂q̄d aquā q̄s ꝓhibere potest / vt nō baptizēt hi q̄ spm̄sc̄tm̄ acceperu͂t sicut et nos? Et iussit eos baptizari: i noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Allā. ℣. Emitte spm̄ tuu͂ ⁊ creabu͂t: ⁊ renouabis faciē terre Allā ℣. Paraclit⁹ spūsc̄tus quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oēm veritatem. Sequentia

Resonet sacrāta iam turma diua symphonia. Repleta gaudia ꝓmissa e celo reddita In vnu͂ ꝯgregata aplōꝝ phalāx p̄clara expectās munera. Repēte vox diuina paraclitu͂ nu͂ciat decorans sc̄tōꝝ viscera. Fantur oi͂ li͂gua nōnulla mysteria deiq̄ magnalia. Cātica diuina nō cessat reboare ei⁹ quoq̄ caterua. O deus oīs acui te laudat sol et luna ꝯcrepat vsia cu͂cta celica ⁊ ꝓfunda fluia. Te psallat tellus alma sydera cu͂cta clara iubilat adorat amat redēpta oīs quoq̄ aīa. Sumēs iudea hec inq̄t execrāda ꝯcio vino ista est repleta mustiq̄ crapula bacho plenos deputare repletos gr̄a. Stupēs hec petr⁹ diuina mysteria. superat obdurata corda illa. ⁊ forte affirmat vaticinia iohelis de hoc p̄dicta. Quās aīa nu͂c nr̄a boat carmīa deuota. q̄ suscipiat celestia habitacula. Pangat omis corda nostra ſancta preconia tua vt ſēper pia percipiat cariſmata. Omnē hanc meram ſuſcipe melodiā vt queamus ſcādere luciflua ⁊ tua celſa et decora vranica. Dudū ſacrata imbuiſti pectora nunc nos reple luie polorꝝ vt gaudia cedas perpetua atq; regna. Te decet laus per tpa ⁊ gloria ſyderea o ſanctū pneuma. Tu aīas et corpora noſtra chriſte poſſideas in ſempiterna dora. Secundū iohānē. iij.ca.

IN illo tpe: Dixit ieſus cuidā principi phariſeorꝝ. Sic deus dilexit mundū: vt filiū ſuū vnigenitū daret. vt oīs q̄ credit in eū nō pereat / ſed habeat vitā eternā. Non eni miſit deus filiū ſuū in mundū vt iudicet mundū ſed vt ſaluet̄ mundus per ipſum Qui credit in eū: non iudicatur Qui aūt non credit iā iudicatus eſt: qꝛ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū: qꝛ lux venit in mūdū / et dilexerūt homīes magis tenebras q̄ lucem Erant eni eorꝝ mala opera. Ois eni qui male agit: odit lucem. Et non venit ad lucē: vt nō arguant̄ opa ei⁹ Qui aūt facit veritatē venit ad lucē vt manifeſtent̄ eius opa: qꝛ in deo facta ſūt. ℂ redo. Offꝫ. Intonuit de celo dñs ⁊ altiſſimus dedit vocē ſuam ⁊ apparuerūt fontes aquarꝫ allā. Secꝫ.

PReſta q̄s dñe vt ſcdm pmiſſionem filij tui dñi nři ieſu xp̄i: ſpūſſctūs et hui⁹ nobis ſacrificij copioſius reuelet archanū: et oēm referet ppicius veritatē Per dñm. in vnitate eiuſdē. Pfa. Qui aſcendens. et Cōicātes. et Hanc igitur. Cōio. Spūſſctus docebit vos allā: quecūq; dixero vobis alleluya alleluya. Poſtcō.

PLenū ī nobis dñe remediū noſtre redēptionis opare: vt habitatione ſancti ſpūs digni effici valeamus. Per do. in vnitate eiuſdem. ℂ Feria. iij. Offīm

ACcipite iocunditatē glie veſtre allā. grās agētes deo allā. qui vos ad celeſtia regna vocauit allā allā allā. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Gloria. Or.

ADſit nobis dñe q̄s virtus ſpūſſancti: q̄ et corda noſtra clementer expurget / et ab oīb⁹ tueatur aduerſis. Per dñm. eiuſdem. Lectio actuum apoſtolorū. viij.

IN diebus illis: Cum audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolimis qꝛ recepiſſet ſamaria verbū dei: miſerūt ad eos petrū et iohānē. Qui cū veniſſent: orauerūt pro ipſis vt acciperēt ſpm̄ ſāctū Nōdū eī in quēq̄ illorꝝ venerat: ſed baptizati tātū erāt ī noīe dñi ieſu Tūc imponebāt manus ſup illos: et accipiebāt ſpm̄ ſctm̄ Allā. ℣. Emitte ſpm̄ tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. Allā. ℣. Veni ſācte ſpūs reple tuorum corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. Sequētia

EYa muſa dic queſo preclara chorea. Blandificaq; libēs perſtrepe organa. Aſt modulans tybia reſultet plectro laudū leta carmina. Noſtraq; caterua hui⁹ diei euprepia Paracliti cariſma hac die alūnos xp̄i plene intrat. Facto repente ſono linguis chriſti fantur magnalia. Veſano plena ructu perfidia: muſto alumnos madere putat ſpiritus gratia ardētes quos reddit feruida

Anaſtaſi pacta quinquagena miſticus penetrat ſpūs pectoꝝ intima oppido reddēs flāmātia Mox egreſſi oēs vna terra peragrant arua infūdētes verbi ſemia. Miſtica patrātes ſigna ſupno roꝛe noua bibula madidāt intima Ecce xpe nūc caterua tua In hac aula decantāt cātica. Ut celeſti permixta agmini idiſcrete dicat noua tibi ꝓmēs cātica. Sit perēnis dño glia. Decus honoꝛ poteſtas per ſecula. Qui tribuit ſpūs gratiā oibus per arua qui ſequūtur eius monita. Poſcimus oēs vna ſupplices magnalia. Ut ſanctus nr̃a ſpūs emūdās itima Illuſtret clare ſophia allā. Scdm iohēm. x

In illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: qui nō intrat per oſtiū in ouile ouiū ſed aſcēdit aliūde/ ille fur eſt et latro Qui aūt itrat per oſtiū: paſtoꝛ eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: ⁊ oues vocē eiꝰ audiunt. Et ꝓꝛias oues vocat noiatim: et educit eas. Et cū propꝛias oues emiſerit: ātē eas vadit. Et oues illū ſequūtur: quia ſciūt vocē eius. Alienū autē non ſequūtur: ſed fugiūt ab eo/ qꝛ nō nouerūt vocē alienoꝝ. Hoc pꝛouerbiū dixit eis ieſus. Illi autē nō cognouerūt: qd loq̄retur eis. Dixit ergo eis iterū ieſus Amen amen dico vobis: qꝛ ego ſū oſtiū ouiū. Oēs quotquot venerūt fures ſūt et latrones: ſed nō audierūt eos oues. Ego ſū oſtiū. Per me ſi qs introierit ſaluabit̄: ⁊ ingrediet̄ et egredietur/ et paſcua inueniet Fur nō venit niſi vt furet̄ et mactet ⁊ ꝑdat Ego veni vt vitā habeāt: et abūdantiꝰ habeant

¶ Credo. Offm. Poꝛtas celi aperuit dñs ⁊ pluit illis māna vt ederēt: panē celi dedit eis panē angeloꝝ māducauit homo allā. Secꝛ.

Deſcēdat qs dñe ſpūſſctūs ſup hoc altare: qui ⁊ dona ppl̄i tui ſāctificet: ⁊ ſumētiū coꝛda placatus emūdet Per dñm. in vnitate eiuſdē. Cōio. Spūs qui a patre ꝓcedit allā: ille me clarificabit alleluya alleluya. Poſtcōio.

Mentes nr̃as qs dñe ſpūs ſanctus diuinis reparet ſacramētis: qꝛ ipſe eſt remiſſio oim pctōꝝ. Per dm. in vnitate eiuſdē.

¶ Feria. iiij. quattuoꝛ tpm non dicit̄ alia magna miſſa ꝙ de ieiunio. nec in ſexta feria. nec in ſabbato ſecundum vſū ſaꝝ. Officiū

Deus dū egredereꝛ corā ppl̄o tuo allā iter faciēs eis allā. habitās i illis allā allā. ps Exurgat deꝰ et diſſipent̄ inimici eiꝰ: et fugiāt q oderūt eū a facie eiꝰ. Kyꝛie el. cū ſuis vſibꝰ dr̄. ſtatim ſequat̄ Glia i ex. nō dr̄. Dñs vobiſcū. ſed ſtati. Oꝛemꝰ. Oꝛatio

Preſta qs oīps deus: vt a noſtris mētibꝰ carnales amoueat ſpūſſanctus affectꝰ: et ſpūalia nobis dona potēter infūdat Per dño. eiuſdē. Lcō li. ſapiētie. i.

Diligite iuſticiā qui iudicatis terrā Sentite de dño in bonitate: et in ſimplicitate coꝛdis querite illum Quoniā inuenitur ab his qui nō tentant illū apparet aūt eis qui fidē habent in illum. Peruerſe eni cogitationes ſeparant a deo: pꝛobata aūt virtus coꝛripit inſipiētes Quoniā in maliuolā aīam non introibit ſapiētia: nec habitabit in coꝛpore ſubdito pctis. Sanctus eni ſpūs diſcipline effugiet fictum:

et auferet ſe a cogitationibꝰ que ſunt ſine intellectu/ ⁊ coꝛripiet̃ a ſuꝑueniēte iniq̄tate. Benignꝰ eſt eni ſpūs ſapiētie: et nō liberabit maledictū a labijs ſuis Qm̄ renū illius teſtis eſt deꝰ: et coꝛdis eius ſcrutatoꝛ eſt verus/ et lingue eiꝰ auditoꝛ. Qm̄ ſpūs dn̄i repleuit oꝛbē terrarū: et hoc qđ cōtinet oīa ſcientiā habet vocis. Et legatur ab accolito ſuppellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici ibidē dicāt. Allā. V. Emitte ſpm̄ tuū et creabūtur et renouabis faciem terre. Non repetat̃ Allā. Sequat̃ Dn̄s vobiſcum. et Oremus. Oꝛ.

MEntes noſtras q̄s dn̄e ſpiritus paraclitus qui a te ꝓcedit illuminet: ⁊ inducat in oēm ſicut tuus ꝓmiſit filius veritatē Qui tecum. in vnitate eiuſdem.

Lectio actuum apoſtoloꝛum. ij.

IN diebus illis. Stās petrꝰ cū vndeci eleuauit vocē ſuā et locututꝰ eſt eis. Uiri iudei ⁊ q̄ habitatis hieruſalē vniuerſi: hoc vobis notū ſit: ⁊ auribꝰ ꝑcipite verba mea. Nō eni ſicut vos eſtimatis hi ebrij ſūt/ cū ſit hoꝛa diei tercia: ſ; hoc eſt qđ dictū eſt ꝑ ꝓphetā iohel. Et erit i nouiſſimis diebus dicit dn̄s: effundā de ſpū meo ſuꝑ oēm carnē ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre. Et iuuenes veſtri viſiones videbūt: ⁊ ſeniores veſtri ſōnia ſōniabūt Et quidē ſuꝑ ſeruos meos. ⁊ ſuper ancillas meas i diebꝰ illis effundā de ſpū meo: et ꝓphetabūt. Et dabo ꝓdigia i celo ſurſū ⁊ ſigna in terra deoꝛſū: ſanguinē ⁊ ignē et vapoꝛē fumi. Sol ꝯuertet̃ i tenebras et luna in ſanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magnus et manifeſtus. Et erit. Omnis quicunq̄ inuocauerit nomen dn̄i: ſaluus erit. Alleluya. Uſus. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia dei. repetatur Alleluya. ſine neuma. Sequentia.

LUx iocūda lux inſignis qua de throno miſſꝰ ignis i xp̄i diſcipulos Coꝛda replet linguas ditat ad ꝯcoꝛdes nos inuitat lingua coꝛdis modulos. Chꝛiſtꝰ miſit qđ ꝓmiſit pignꝰ ſpōſe quā reuiſit die quinquageſima Poſt dulcoꝛē melleū petra fudit oleū petra iā firmiſſima. In tabellis ſaxeis nō i linguis igneis lex de mōte ꝑplō. Paucis coꝛdis nouitas et linguarū vnitas datur i cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua dies in q̄ primitiua fūdatur eccl'ia. Uiue ſūt primicie naſcētis eccl'ie tria primū milia. Panes legis primitiui. ſub vna ſunt adoptiui fide duo ꝑpl'i Se duobus interiecit ſic q̄ duo vnū fecit lapis caput anguli. Utres noui nō vetuſti ſūt capaces noui muſti vaſa parat vidua. Liquoꝛē dat helyſeꝰ nobis ſacrū roꝛē deꝰ ſi coꝛda ſunt cōgrua. Nō hoc muſto vel liquoꝛe nō hoc digni ſumꝰ roꝛe ſi diſcoꝛdes moꝛibꝰ. In obſcuris ⁊ diuiſis nō poteſt hec paraclitis habitare coꝛdibꝰ. Cōſolatoꝛ alme veni linguas reple coꝛda leni nichil fellis aut veneni ſub tua preſentia Nil iocundū nil amenū nil ſalubre nil ſerenū nichil dulce nichil plenū ſine tua gr̄a. Tu lumē es ⁊ vnguentū tu celeſte ꝯdimentū aque ditās alimentū virtute miſterij Noua facti creatura te laudamus mēte pura gratie nūc ſed natura prius ire filij. Tu qui datoꝛ es et donū noſtri coꝛdis oīe bonū coꝛ ad laudē redde ꝓnum noſtre lingue formans ſonū in tua ꝓconia. Tu purga nos a peccatis auctor ipſe pietatꝫ ꝛ ī xp̄o renouatis da ꝑfecte nouitatis plena nobis gaudia. S. iohē. vi. c.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: ꝛ turbis iudeorū. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater q̄ miſit me traxerit eū. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſſimo die. Eſt ſcriptū in ꝓphetis Et erūt oēs: docibiles dei. Ois qui audiuit a patre ꝛ didicit: venit ad me. Nō qꝛ patrē vidit q̄ſq̄: niſi is qui eſt a deo/hic videt patrē. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitā eternam. Ego ſū panis vite. Patres veſtri māducauerūt manna in deſerto: et mortui ſūt. Hic eſt panis de celo deſcendēs: vt ſi q̄s ex ip̄o māducauerit nō moriatur. Ego ſū panis viuus: q̄ de celo deſcendi. Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet ī eternū. Et panis quē ego dabo caro mea eſt: pro mūdi vita. Cred. Offr. Meditabor ī mādatis tuis que dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi allā. Secreta.

OBlata tibi dn̄e q̄s munera ſpūſſctūs ſctificet: et eorū nos participatio ab oīꝫ pctōꝝ cōtagione cuſtodiat. P do. e. Cōio Pacē meā do vobis allā: pacē relinquo vobis allā al. Poſtcōio.

PEr hui⁹ dn̄e virtutē miſterij tue nos claritatis perpetu⁹ ſplēdor illuſtret: ꝛ cū ꝛſubſtātiali tibi filio gratia ſpūſſancti illuminet. Per eundē. eiuſdē.

¶ Feria. v. Offm. Spirit⁹. vt s. Kyrie eſ. ſine verſibus. Oratio.

PReſta q̄s oīps miſericors de⁹: vt ſpūſſctūs adueniēs templū nos glorie ſue dignāter inhabitādo ꝑficiat. Per dn̄. eiuſdē. Lectio actuum apoſtoloꝝ. viij. c.

IN diebus illis: Philippus deſcendēs in ciuitatē ſamarie: ꝑdicabat illis xp̄m. Intendebāt aūt turbe hiſq̄ a philippo dicebātur: vnanimiter audiētes et videntes ſigna q̄ faciebat corā illis. Multi enī eoꝝ qui habebāt ſpūs imūdos: clamātes voce magna exibant. Multi aūt paralitici ꝛ claudi curati ſūt. Factū eſt ergo gaudiū magnū: ī illa citate. Allā. V. Emitte ſpm̄ tuū ꝛ creabūtur: ꝛ renouabis faciē t̄re. Allā. V. Factus eſt repēte de celo ſonus aduenientꝫ ſpūs vehementꝫ. Seq.

ALma chorus dn̄i nūc pangat noīa ſūmi. Meſſyas/ſother/emmanuel/ſabaoth/adonay. Eſt vnigenit⁹/via/vita/manus/omouſyon. Principiū/ꝓmogenitus/ſapiētia/virt⁹. Alpha/caput/finiſq̄ ſimul vocitatꝛ ꝛ eſt oo. Fōs ꝛ origo boni/paraclit⁹ ac mediator. Agnus/ouis/vitulus ſerpens/aries/leo/vermis. Os/verbū/ſplēdor/ſol/glīa/lux et ymago. Panis/flos/vitꝫ/mōs ianua/petra/lapiſq̄. Angelus ꝛ ſponſus/paſtorq̄ ꝓpheta/ſacerdos. Athanathos/kyrios/theō/pāthon/craton/ꝛ yſus. Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per omīa doxa. Secundum lucam. ix. ca.

IN illo tp̄e. Cōuocatꝫ ieſus duodecī diſcipulis: dedit illis virtutē ꝛ poteſtatē ſuper oīa demonia/ꝛ vt lāguores curarēt Et miſit eos ꝑdicare regnū dei: et ſanare īfirmos. Et ait ad illos Nichil tuleritis ī via: neq̄ virgā neq̄ perā/neq̄ panē/neq̄ pecuniam/neq̄ duas tunicas habeatis. Et in quācūqꝫ domū ītraueritis: ibi manete/ ⁊ inde ne exeatis Et quicūqꝫ nō receperint vos exeūtes de ciuitate illa etiā puluerem pedū vſtroꝝ excutite in teſtimoniū ſupra illos Egreſſi aūt circuibāt per caſtella: euāgelizātes ⁊ curātes vbiqꝫ. Credo. Offꝫ. Confirma hoc deꝯ qđ opatꝯ es in nobis a templo tuo qđ eſt in hierl'm tibi offerēt reges mūera allā. Secꝛ.

Uirtute ſcti ſpūs dñe munera nr̄a cōtinge: vt qđ ſolēnitate pſenti tuo noī dicauit̄ intelligibile nobis faciat ⁊ eternū Per do. in vni. eiuſđ. Cō. Factꝯ eſt repēte de celo ſonꝯ aduenientis ſpūs vehemētis vbi erāt ſedētes allā. et repleti ſūt oēs ſpū ſctō loquētes magnalia dei allā alꝑꝯ cō

Sacrificiis celeſtibus q̄s dñe operāte ſpū ſancto vicia noſtra purgentur: vt muneribus tuis ſemꝑ poſſimus aptari. Per dñm noſtrū. in vnitate eiuſdem.

¶ Feria ſexta. Ad miſſā. Officiū

Repleat̄ os meū laude tua allā: vt poſſim cātare allā. gaudebūt labia mea dū cātauero tibi allā al'. ꝓ. In te dñe ſꝑaui nō confundar in eternū: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. Oꝛ.

Da q̄s eccleſie tue miſericors deus: vt ſpiritu ſancto cōgregata: hoſtili nullatenꝯ incurſione turbetur. Per do. in vni. eiuſdem.

Lectio actuum apoſtoloꝝ. ij. ca.

In diebus illis: Aperiēs petrus os ſuū dixit Uiri iſraelite: audite verba hec. Jeſū nazarenū virū approbatū a deo in vobis: virtutibꝯ ⁊ pdigiis ⁊ ſignis q̄ fecit per illū deus in medio vſtri ſicut vos ſcitis. Hūc diffinito cōſilio ⁊ preſcientia dei traditū per manꝯ iniquoꝝ affigētes īteremiſtꝭ. Quē deꝯ ſuſcitauit ſolutis doloribus īferni: iuxta qđ īpoſſibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Pꝛouidebā dñm corā me ſēꝑ: qm̄ a dextris eſt michi ne cōmouear. Pꝛopter hoc dilatatū eſt cor meū: et exultauit lingua mea/ inſuꝑ ⁊ caro mea requieſcet ī ſpe. Qm̄ nō derelinq̄s aīam meā in īferno: nec dabis ſctm̄ tuū videre corruptionē Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocūditate cū facie tua. Allā. ỽ. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̄: ⁊ renouabis faciē tre Allā. ỽ. Spūs dñi repleuit orbē terraꝝ: ⁊ hoc qđ ꝯtinet oia ſciētiā habet vocꝭ Seq̄

Laudes deo deuotas. Dulci voce ac ſonora Plebs reſultet catholica. Spūs ſancti grā. Apl'is die hodierna. In igneis linguis eſt infuſa Paracliti pñtia. Emūdet nos a pctī macula. Pura ſibi aptans habitacl'a Cariſmatū ac munera Pectoribꝯ nr̄is plus infundat. Uita nr̄a ei vt cōplaceat per ſcl'oꝝ ſcl'a. Conclamemꝯ allā Sit deo laus poteſtas. honor virtus et gloria. Scđm lucam v. ca.

In illo tpe: Factū eſt in vna dieꝝ: ⁊ ieſus ſedebat docēs Et erant phariſei ſedētes ⁊ legis doctores: qui venerāt ex oī caſtello galilee ⁊ iudee et hierl'm: et virtus dñi erat ad ſanandū eos. Et ecce viri portātes in lecto hominem qui erat paraliticus: et querebant eū inferre/ ⁊ ponere ante eū. Et nō inuenientes qua parte illū inferrēt pre turba: aſcēderūt ſupra tectū/ et per tegulas ſūmiſerūt illū cū lecto ī medio ante ieſum. Quoꝝ fidem vt vidit: dixit

Homo: remittūtur tibi pctā tua Et cepert cogitare ſcribe et phariſei dicētes. Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere pctā niſi ſol⁹ de⁹? Ut cognouit aūt ieſus cogitationes eoꝝ: rn̄dens dixit ad illos. Quid cogitatꝫ mala ī cordib⁹ veſtris? Quid ē facili⁹ dicē dimittūt tibi pctā: an dicere ſurge et ābula? Ut aūt ſciatꝫ qꝛ fili⁹ hoīs habet poteſtatē ī terra dimittendi pctā: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectū tuū ⁊ vade ī domū tuā. Et ꝯfeſtī ſurgēs corā illis tulit lectū in quo iacebat: ⁊ abiit in domū ſuā magnificās deū Et ſtupor apprehēdit oēs: ⁊ magnificabāt deū. Et repleti ſūt timore dicētes: qꝛ vidimus mirabilia hodie. Credo. Offꝛ. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dominū in vita mea pſallam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta

Sacrificia dn̄e tuis oblata cōſpectib⁹ ille ignis diuin⁹ abſumat: qui diſcipuloꝝ xp̄i tui per ſpiritū ſctū corda ſuccēdit Per eūdē. in vni. eiuſdē. Cōio. Spūs dei vbi vult ſpirat et vocē ei⁹ audis allā: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat allā allā. Poſtcō.

Concede q̄s oīps de⁹: vt huius perceptione ſacramēti ita nr̄e fragilitatis vicia expurgent: quaten⁹ per ſpm̄ ſanctum repromiſſū in nobis / donū tue gratie ſentiamus. P dn̄m. eiuſdē

¶ Sabbato quattuor tp̄m Offi.

Caritas dei diffuſa eſt ī cordib⁹ vr̄is allā: per inhabitātē ſpm̄ ei⁹ in vobis allā al. ps. Dn̄e de⁹ ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corā te. Kyrie el. ſolēnit dr̄ vſqꝫ ꝟ. Sequat̄ Glia in excelſis ſicut infra cū regimīe chori Oēs orationes ſine Dn̄s vobiſcum. dn̄r preter vltimā q̄ eſt ante epyſtolam / ſed tātum cum Oremus et oēs lect. cū ſuis titulis legant̄ ad gradū cho. ī ſuppellicijs. Prima vero ab accolito: et alie a clericis de ſcd̄a forma legant̄: tamē quita lect. ab aliquo de ſuperiori gradu legat̄. Et ſingl'a Alleluya a duob⁹ puerꝫ ī ſuppellicijs ibid̄ cātet̄ ſn̄ repetitōe Allā poſt ſuū ꝟ

Mentibus nr̄is q̄s dn̄e Or. ſpiritū ſctm̄ benign⁹ infūde: cui⁹ ⁊ ſapientia cōditi ſumus et ꝓuidentia gubernamur. P dn̄. eiuſdem. Lcō iohelis ꝓphete. ij.

Hec dicit dn̄s deus: Effūdā de ſpū meo ſup oēm carnē: et ꝓphetabunt filij veſtri et filie vr̄e Senes vr̄i ſōnia ſōniabūt ⁊ iuuenes vr̄i viſiones videbunt Sed et ſup ſeruos meos ⁊ ancillas meas in dieb⁹ illis effūdā de ſpiritu meo: ⁊ ꝓphetabūt Et dabo ꝓdigia in celo ſurſū: ⁊ ſigna ī terra deorſū / ſanguinē ⁊ ignē et vaporē fumi. Sol ꝯuertet̄ in tenebras ⁊ luna in ſāguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹ ⁊ horribilis. Et erit oīs q̄cūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i: ſalu⁹ erit Allā. ꝟ Emitte ſpm̄ tuū et creabūtur: et renouabis faciē tre. nō repetat̄. Allā. poſt ꝟſū. ſed dicit̄ Oremus. Or.

Illo nos igne q̄s dn̄e ſpirit⁹ ſanctus inflāmet. quē dominus noſter ieſus xp̄s miſit in terram ⁊ voluit vehemēter accendi Qui tecum. in vnitate eiuſdem. Lectio libri leuitici xxiij. caplo.

In diebus illis: Locutus eſt dn̄s ad moyſē dicens. Loq̄re filijs iſrael: et dices ad eos Cū ingreſſi fueritiꝭ terrã quã ego dabo vobis ⁊ meſſueritis ſegetẽ: feretis manipulos ſpicaꝝ p̄mitias meſſis vr̃e ad ſacerdotẽ. Qui eleuabit faſciculũ corã dño vt acceptabilis ſit pro vobis altero die ſabbati: et ſanctificabit illũ. Numerabitis ergo ab ipſo die ĩ quo obtuliſtis manipulos p̄mitiaꝝ: ſeptẽ ebdomadas plenas vſqꝫ ad alterã diẽ expletionis ebdomade ſeptime. Et ſic offeretis ſacrificiũ nouũ dño: ex oībus habitaculis veſtris Panes p̄mitiaꝝ duos de duabus decimis ſimile: quos eleuabit ſacerdos coram dño Et vocabitis hunc diẽ celeberrimũ atqꝫ ſãctiſſimũ. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Legitimũ ſẽpiternũ erit in cũctis habitaculis ⁊ gñationib⁹ vr̃is: dicit dñs oĩs. Allã. V. Veni ſancte ſpũs reple tuorum corda fideliũ et tui amoris in eis ignem accẽde. Or.

DEus qui ob aīarũ medelã ieiunij deuotione caſtigari corpora precepiſti: concede nobis propicius / et mẽte ⁊ corpore ſemp̄ tibi eſſe deuotos. Per dñm

Lectio libri deuteronomij. xxvi.

IN diebus illis: Dixit moyſes filijs iſrael. Audi iſrael: que ego precipio tibi hodie. Cũ intraueris terrã quã dñs de⁹ tu⁹ tibi datur⁹ eſt poſſidẽdã / et obtinueris eã atqꝫ habitauerꝭ in ea: tolles de cũctis frugib⁹ tuis primitias ⁊ pones in cartallo. Pergeſqꝫ ad locũ quẽ elegerit dñs deus tu⁹: vt ibi inuocet͂ nomẽ eius Accedeſqꝫ ad ſacerdotẽ q̄ fuerit in diebus illis: ⁊ dices ad eũ. Profiteor hodie corã dño deo tuo q̄ exaudiuit nos: ⁊ reſpexit hũilitatẽ noſtrã / ⁊ laborẽ atqꝫ anguſtias / et eduxit nos de egypto in manu forti ⁊ brachio extento In ingẽti pauore / in ſignis atqꝫ portẽtis: ⁊ ĩtroduxit nos ad locũ iſtũ / ⁊ tradidit nobꝭ terrã lacte ⁊ melle manantẽ. Et idcirco nũc offero primitias frugũ terre: quã dñs de⁹ tu⁹ dedit michi. Et dimittes eas in cõſpectu dñi dei tui: ⁊ adorato dño deo tuo epulaberis in oībus bonis / q̃ dñs de⁹ tuus dederit tibi Allã. V. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia dei. Or.

PReſta q̃s oĩs deus: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi ab oībus etiã vicijs abſtinẽtes ꝓpiciationẽ tuã facilius ĩpetrem⁹ Per d.

Lectio libri leuitici. xxvi.

IN dieb⁹ illis: Dixit dñs ad moyſẽ. Loq̃re filijs iſrael: ⁊ dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis: et mandata mea cuſtodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tp̄ibus ſuis / ⁊ terra gignet germen ſuũ / et pomis arbores replebunt͂. Apprehẽdet meſſiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit ſementẽ Et comedetis panẽ veſtrũ in ſaturitate: et abſqꝫ pauore habitabitꝭ in terra vr̃a. Dabo pacẽ in finibus vr̃is: dormietis ⁊ nõ erit qui exterreat. Auferã malas beſtias a vobis: ⁊ gladius nõ trãſibit terminos vr̃os. Perſeq̃mini inimicos veſtros: ⁊ corruẽt corã vobis Perſequent͂ quinqꝫ de vr̃is centũ alienos: et centũ de vobis decem milia Cadẽt inimici veſtri: in cõſpectu vr̃o gladio. Reſpiciã vos et creſcere faciã Multiplicabimini: ⁊ firmabo pactũ meũ vobiſcũ Comedetis vetuſtiſſima veterũ: et vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponã tabernaculum meū in medio veſtri: et nō abijciet vos vltra aīa mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero veſter deus: vos q₃ eritis michi pplūs me⁹. Dicit dñs oīps. Allā. V⁹. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Oratio.

Preſta qs oīps deus: ſic nos ab epulis carnalib⁹ abſtinere: et a vicijs irruētib⁹ parit̄ ieiunemus. p. Lcō daniel pphē. iij.

Angelus dñi deſcendit cū azaria et ſocijs ei⁹ ī fornacē: et excuſſit flāmā ignis de fornace / et fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē. Flāma autē diffuſa eſt ſuper fornacē cubitis quadragitanouē: et īcēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis miniſtros regis / qui eā incendebant. Illos autē oīno nō tetigit ignis neq₃ cōtriſtauit: neq₃ quicq̄ moleſtie intulit. Tūc hi tres q̄ſi ex vno ore laudabāt et glorificabāt et benedicebāt deū in fornace dicentes. Hic finiatur ī aduētu. Bñdictus es dñe de⁹ patrū noſtroꝝ: et laudabilis ⁊ glioſus et ſuperexaltat⁹ in ſecula. Et benedictū nomen glorie tue quod eſt ſanctū: ⁊ laudabile ⁊ ſuperexaltatum in oībus ſeculis. Benedictus es in tēplo ſctō glorie tue et ſuperlaudabilis ⁊ ſuperglioſus in ſclā. Bñdictus es in throno regni tui: ⁊ ſuplaudabilis et ſuperexaltatus in ſclā Bñdictus es ſuper ſceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ ſuplaudabilis et ſuperexaltatus in ſclā. Benedictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſup cherubin: et laudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pēnas vētoꝝ ⁊ ſuper vndas maris: ⁊ ſuplaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Hic finiatur in quadrageſima. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et glorioſus in ſclā. Benedicite oīa opera dñi dño. bñdicite celi dño. bñdicite āgeli dñi dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula Bñdicite aque q̄ ſuper celos ſūt dño. bñdicite oēs virtutes dñi dño. benedicite ſol et luna dño. Hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſclā Bñdicite ſtelle celi dño bñdicite ymber ⁊ ros dño. bñdicite oīs ſpiritus dei dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Bñdicite ignis ⁊ eſtus dño bñdicite noctes ⁊ dies dño. bñdicite tenebre ⁊ lumen domino. Hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſecula. Bñdicite frigus et cauma dño. benedicite pruina ⁊ niues dño. Benedicite fulgura et nubes dño. Hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Benedicat terra dñm. bñdicite mōtes et colles dño. benedicite oīa naſcentia terre dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula Bñdicite maria et flumina dño. benedicite fontes dño. bñdicite cete ⁊ oīa que mouentur ī aquis dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Bñdicite volucres celi dño. benedicite beſtie et vniuerſa pecora dño. benedicite filij hoīm dño. Hymnū dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat iſrael dñm. bñdicite ſacerdotes dñi dño. benedicite ſerui dñi dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Bñdicite ſpiritus ⁊ aīe iuſtoꝝ dño. benedicite ſancti ⁊ humiles corde dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite anania/azaria/miſael dño. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecula. In vigilia ſancte trinitatis ⁊ in menſe ſeptẽbris tota lcõ legatur Duo clerici de ſcda forma in ſuppelliciis ad gdũ cho. dicãt. Allã. ℣. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrũ nroꝝ et laudabilis in ſcla. nõ repetat Allã. ſequat Dñs vo. cũ Orem⁹.

DEus qui trib⁹ pueris mitigaſti flãmas ignium: cõcede ꝓpicius/ vt adueniente ſpiritu ſancto nos famulos tuos nõ exurat flãma viciorꝫ. Per do. in vni. eiuſdem. Lcõ actuũ apl'orũ. xiij.

IN diebus illis: Cõuenit vniuerſa ciuitas: audire vbũ dei. Videntes aũt turbas iudei: repleti ſunt zelo/et cõtradicebãt his que a paulo dicebantur blaſphemantes. Tũc cõſtãter paulus ⁊ barnabas dixerũt. Vobis oportebat ꝑmũ loqui verbũ dei: ſed qm̃ repuliſtis illud/et indignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce cõuertimur ad gentes. Sic eni nobis precepit dñs. Poſui te in lucẽ gentibus: vt ſis in ſalutem vſq ad extremũ terre. Audientes aũt gentes gauiſe ſunt: et glorificabant verbum dñi/et crediderũt quotquot erãt preordinati ad vitã eternã. Diſſeminabatur autẽ verbũ dñi: per vniuerſã regionẽ Iudei autẽ cõcitauerunt religioſas mulieres et honeſtas et primos ciuitatis: ⁊ excitauerũt perſecutionẽ in paulũ ⁊ barnabã/et eiecerũt eos de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedũ in eos: venerunt yconiũ. Diſcipuli quoq replebant gaudio: et ſpũſancto.

Et legat in pulpito: q̃ lecta duo clerici de ſuperiori gradu in cappis ſericis ibidẽ dicant Allã. ℣. Laudate dñm oẽs gẽtes: et collaudate eũ oẽs ppli. Repetat Allã. ſine neuma. Seq̃. Alma chorus. vt ſupra in feria quĩta precedẽte

Secundum lucam. iiij. capitulo

IN illo tp̃e: Surgens ieſus de ſynagoga: introiuit in domũ ſymonis. Socrus autẽ ſymonis: tenebat magnis febrib⁹. Et rogauerunt illum ꝓ ea. Et ſtans ſuper illã imperauit febri et dimiſit illã. Et cõtinuo ſurgẽs miniſtrabat illis. Cum ſol autẽ occidiſſet: oẽs qui habebãt infirmos variis languoribus/ducebant illos ad eũ. At ille ſingulis manus imponẽs: curabat eos. Exibãt aũt demonia a multis: clamãtia ⁊ dicentia/q2 tu es filius dei. Et increpãs nõ ſinebat ea loqui q2 ſciebant ipſũ eſſe xp̃m. Facta aũt die: egreſſus ibat in deſertũ locũ. Et turbe requirebãt eũ: et venerũt vſq ad ipſũ. Et detinebant eum: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus: oportet me euangelizare/regnum dei. Credo. Offr. Dñe de⁹ ſalutis mee in die clamaui et nocte corã te: intret oro mea in cõſpectu tuo dñe alleluya. Secr.

MItte dñe q̃s ſpm̃ ſctm̃ qui et hec munera pñtia tuũ nobis efficiat ſacramẽtũ: ⁊ ad hoc percipiendũ nr̃a corda purificet Per do. in vni. eiuſd. Cõio. Non vos relinquã orphanos: veniã ad vos iterũ allã ⁊ gaudebit cor veſtrum alleluya allã. Poſtcõio.

PRebeant nobis dñe diuinum tua ſancta feruorem quo eorũ pariter et actu delectemur et fructu. Per dominũ nr̃m

In die ſcte trinitatis. Offm.

In die ſancte trinitatis.

Benedicta ſit ſctā trinitas atqꝫ īdiuiſa vnitas ꝯfitebimur ei qꝛ fecit nobiſcū miām ſuā. ℣. Benedicamus patrē et filiū: cū ſancto ſpiritu. Nō dr̄ vlteriꝰ. Oꝛo.

OMṗs ſempiterne deꝰ q̄ dediſti famulis tuis ī ꝯfeſſione vere fidei eterne trinitatis gliā agnoſcere: ⁊ ī potētia maieſtatꝫ adoꝛare vnitatē: q̄s vt eiuſdē fidei firmitate ab oībꝰ ſēꝑ muniamur aduerſis In q̄ vi. ⁊ re. deꝰ. ꝑ.

Lctō li. apoc. bti ioh. apli. iiij. ca.

IN diebus illis. Vidi oſtiū apertū ī celo: et vox pꝛima quā audiui tāq̄ tube loquētꝫ mecū dicēs. Aſcēde huc: et oſtēdā tibi q̄ oportet fieri cito. Poſt hec ſtati fui in ſpū. Et ecce ſedes poſita erat in celo: et ſupꝛa ſedē ſedens. Et q̄ ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis ⁊ ſardinis. Et yꝛis erat ī circuitu ſedis: ſimilis viſioni ſmaragdine. Et in circuitu ſedis: ſedilia vigintiquattuoꝛ. Et ſuꝑ thronos vigītiq̄ttuoꝛ ſenioꝛes ſedētes circūamicti veſtimētis albis: ⁊ in capitibꝰ eoꝝ coꝛone auree Et de throno pꝛocedebāt fulgura: et voces et tonitrua. Et ſeptē lāpades ardentes ante thronū q̄ ſunt ſeptē ſpiritus dei. Et in ꝯſpectu ſedis tanq̄ mare vitreū: ſimile criſtallo. Et in medio ſedis ⁊ in circuitu ſedis: quattuoꝛ aīalia plena oculis ante et retro. Et aīal pꝛimū: ſimile leoni. Et ſcd̄m aīal: ſimile vitulo. Et tercium aīal: habens faciē quaſi hoīs. Et quartū aīal: ſimile aquile volāti. Et quattuoꝛ aīalia: ſingula eoꝝ habebāt alas ſenas. Et in circuitu et intus: plena ſūt oculis. Et requiē nō habebāt: die ac nocte dicentia. Sāctus ſctūs ſctūs / dn̄s deus oṗs: qui erat / ⁊ qui eſt / et q̄ vēturus eſt. Et cū darēt illi aīalia gloriā et honoꝛē et bn̄dictionē ſedenti ſuper thronū viuenti in ſclā ſclōꝝ: pꝛocidebāt viginti quattuoꝛ ſenioꝛes ante ſedentē in throno Et adoꝛabāt viuentē: in ſclā ſeculoꝝ. Gr̄. Benedictus es dn̄e qui intueris abyſſos: ⁊ ſedes ſuꝑ cherubin. ℣. Benedicite deū celi: qꝛ fecit nobiſcū miām ſuā. Alleluya. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrū noſtroꝝ et laudabilis in ſecula. Sequentia.

BEnedicta ſit beata trinitas deitas eterna pariꝫ coequalis glia Deus genitoꝛ natus genitus cū ſacro pneumate ꝑmanens ſuꝑ oē qđ extat. Quibꝰ eſt vna ſemꝑ volūtas et a ſe diſcrepat haud vnq̄ triplicata ꝑſona. Nā ꝯſtat deitas vna non in tres deos diuiſa qđ fides fateꝫ a xp̄o orthodoxe dedita. Hec nāqꝫ pellit delicta patriā reddit ſerenā q̄ dulcē iubilant agmina ſymphoniam celica. Alti throni veſtigia imitātur ſtolis cādidata. Operiunturqꝫ binas quas capt āt poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat grā dei ſupera demus noſtra debita. Quatenꝰ caterua celica nobiꝫ maneat poſt funera ſocia Vtrioqꝫ pacto diſcrimīe poſſimus alto mox perfrui palatio Quo ꝑſpicua flagrat lux acceſa ꝯſtāti flāma q̄ deus eſt viſio noſtra et ſalus eterna Angeloꝝ que illuſtrat fortiter pectora. Ut in xp̄o ſolo ſua deſigāt luia. Hec nāq̄ eſt ſitis illa flagrās quā tūc ſitient aīe ſctōꝝ vel corpora. Cum fuerit data ꝑpetuis eis ꝓ nobis a iudice premia. Sc̄dm iohēm. iii.

In illo tp̄e: Erat hō ex phariſeis nichodemus noīe princeps iudeoꝝ. Hic venit ad ieſū nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi: ſcim⁹ quia a deo veniſti magiſter. Nemo enī poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis niſi fuerit deus cū eo. Reſpōdit ieſus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: niſi q̄s natus fuerit denuo/ nō poteſt videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemus. Quō poteſt homo naſci cū ſit ſenex? Nunq̄d poteſt in ventrē matris ſue iterato itroire ⁊ renaſci? Rn̄dit ieſus Amen amē dico tibi: niſi q̄s renatus fuerit ex aqua et ſpūſancto / non poteſt introire in regnū dei. Qd̄ natū eſt ex carne: caro eſt. Et qd̄ natū eſt ex ſpū: ſpūs eſt. Non mireris qꝛ dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spūs vbi vult ſpirat ⁊ vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat. Sic eſt oīs qui natus eſt ex ſpū. Reſpondit nichodemus: ⁊ dixit ei. Quō poſſunt hec fieri? Rn̄dit ieſus: ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrael / et hec ignoras? Amē amē dico tibi: qꝛ qd̄ ſcimus loq̄mur ⁊ qd̄ vidimus teſtamur / et teſtimoniū noſtrū non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quō ſi dixero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcendit in celum: niſi qui deſcēdit de celo: filiꝰ hoīs qui eſt in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpētē ī deſerto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Ut oīs q̄ credit ī ipſū nō ꝑeat: ſed habeat vitā eternā. Offr. Bn̄dictus ſit deus pater vnigenitusq̄ dei filius. ſanctus quoq̄ ſpūs: qꝛ fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. Secr.

Sanctifica q̄s dn̄e de⁹ trinitas ſācta: per tui ſācti noīs inuocationē huius oblationis hoſtiā: et per eam noſmetipſos tibi perfice mun⁹ eternū. Qui viuis. Prefa. Qui cū vnigenito. Cōio.

Bn̄dicimus deū celi ⁊ corā oīb⁹ viuentibus cōfitebimur ei: qꝛ fecit nobiſcū miām ſuam. Poſtcō.

Proficiat nobis ad ſalutē corporis et aīe dn̄e deus noſter huius ſacramenti ſuſceptio et ſēpiterne ſācte trinitatis eiuſdēq̄ indiuidue vnitatis cōfeſſio In qua viuis ⁊ regnas de⁹. Per.

¶ Per totā ebdō. fiat meō. de trinī. ad miſſā de die: niſi ī feſto corpis xp̄i. ⁊ dꝫ miſſa de trinī. qn̄ de trinī. fit ſeruitiū/ niſi miſ. Sal⁹ ꝓpli. dicenda fuerit per ebdo. ¶ In feſto corporis xp̄i. Ad miſſā. Offiū

Cibauit eos ex adipe frumēti allā. et de petra melle ſaturauit eos allā allā allā. ꝟ. Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob Kyrie fōs. Or.

Deus q̄ nobis ſub ſacramēto mirabili paſſionis tue memoriā reliquiſti: tribue q̄s ita nos corporis ⁊ ſāguinis tui ſacra miſteria venerari: vt redēptionis tue fructū in nobis iugit ſentiamus Qui vi ⁊ reg. cū d. Ad corin. i. xi

Fratres: Ego enī accepi a dn̄o qd̄ et tradidi vobis: qm̄ dn̄s ieſus in qua nocte trade batur accepit panē/⁊ grãs agēs fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate Hoc eſt corpꝰ meū qđ pro vobis tradet̄. Hoc facite i meā ꝯmemorationē. Similiter ⁊ calicem poſtq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū teſtamentū eſt: i meo ſanguine Hoc facite q̊tiēſcūq; ſumitis: i meā ꝯmemorationē Quotienſcūq; ei mãducabitꝭ panē hūc et calicē bibetis: mortē dñi ãnūciabitis donec veniat. Itaq; q̄cūq; mãducauerit panē vel biberit calicē dñi idigne: reꝰ erit corporis ⁊ ſãguinis dñi. Probet autē ſeipſū hõ: ⁊ ſic de pane illo edat et de calice bibat. Qui eni mãducat ⁊ bibit indigne: iudiciū ſibi mãducat ⁊ bibit/nõ diiudicans: corpꝰ dñi. Gr. Ocli oīm i te ſperãt dñe: ⁊ tu das illis eſcã i tp̄e oportuno. V. Aperꝭ tu manū tuã: et iples oē aīal bñdictione. Allã. V. Caro mea vere eſt cibꝰ/⁊ ſanguis meꝰ vere ē potꝰ/q̄ mãducat meã carnē ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Seq.

Lauda ſyon ſaluatorē lauda ducē ⁊ paſtorē in hymnis ⁊ cãticis Quantū potes tantū gaude q: maior oī laude nec laudare ſufficis. Laudis thema ſpecialis panis viuꝰ et vitalis hodie ꝓponit̄. Quē i ſacre mēſa cene turbe fratrū duodene datū nõ ãbigit̄. Sit laus plena ſit ſonora ſit iocūda ſit decora mētis iubilatio. Dies eni ſolēnis agit̄ in qua mēſe p̊ma recolit̄ huiꝰ inſtitutio. In hac mēſa noui regis nouū paſcha noue legꝭ phaſe vetus termiat. Vetuſtatē nouitas vmbrã fugat veritas noctē lux illuiat. Qđ i cena xp̄s geſſit faciendū hoc expreſſit i ſui memoriã Docti ſacris iſtitutis panē vinū in ſalutis ꝯſecramꝰ hoſtiã. Dogma datur xp̄ianis q̄ i carnē tranſit panis ⁊ vinū i ſanguinē. Qđ nõ capis qđ non vides aioſa firmat fides ꝑter rerū ordinē. Sub diuerſis ſpeciebꝰ ſignis tm̄ ⁊ nõ rebus latēt res eximie. Caro cibus ſãguis potus manet tm̄ xp̄s totus ſub vtraq; ſpecie. A ſumente nõ ꝯciſus nõ ꝯfractus nõ diuiſus iteger accipit̄. Sumit vnus ſumūt mille q̄tū iſti tm̄ ille nec ſũptus ꝯſumitur. Sumūt boni ſumūt mali ſorte tm̄ inequali vite vel interitus. Mors eſt malis vita bonis vide paris ſũptionis q̄ ſit diſpar exitus. Fracto demū ſacramēto ne vacilles ſed memēto tm̄ eſſe ſub fragmēto q̄tū toto tegitur. Nulla rei fit ſciſſura ſigni tm̄ fit fractura qua nec ſtatus nec ſtatura ſignati minuit̄. Ecce panis angeloꝝ fct̄us cibus viatoꝝ vere panis filioꝝ nõ mittendus canibꝰ, In figuris preſignat̄ cū yſaac imolat̄ agnꝰ paſche deputat̄ datur mãna patribꝰ Bone paſtor panis vere ieſu nr̄i miſerere tu nos paſce nos tuere tu nos bona fac videre i terra viuētiū. Tu q̄ cūcta ſcis ⁊ vales q̄ nos paſcis hic mortales tuos ibi ꝯmenſales coheredes et ſodales fac ſctoꝝ ciuiū. S. iohanem. vi.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeoꝝ. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſãguis meus vere eſt potus. Qui mãducat meã carnē ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuēs pater: et ego viuo propter patrē. Et q̄ mãducat me: ⁊ ipſe viuet propter me. Hic eſt panis: qui de celo desſcēdit. Nō ſicut mãducauerũt patres veſtri mãna: ⁊ moꝛtui ſunt. Qui mãducat hũc panē: viuet in eternũ. Offer. Sacerdotes dñi incēſus panes offerũt deo / ⁊ ideo ſc̄i erũt deo ſuo / et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

ECcleſie tue q̄s dñe vnitatis et pacis ꝓpiciꝰ dona cōcede: q̄ ſub oblatis muneribꝰ myſtice deſignant. P d. P̄fat. Qz ꝑ incar.

Hec p̄fatio oꝛ ꝑ totas octa. qñ de octa. fit ſeruitiũ. ⁊ in ꝯmemoꝛatiōe eiuſdē ꝑ totũ añũ. Cō. Quotieſcũqꝫ mãducabitis panē hũc ⁊ calicē bibetis / moꝛtē dñi ãnũciabitis donec veniat: itaqꝫ q̄cũqꝫ manducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne / reus erit coꝛpoꝛis et ſanguinis dñi allã. Poſtcōio.

HAc nos q̄s dñe diuinitatis tue ſempiterna fruitiōe repleri: quã precioſi coꝛpoꝛis ⁊ ſãguinis tui / tp̄alis perceptio pꝛefigurat. Qui vi. Per totã ebd. dꝛ eadē miſſa qñ de oct. fit ſeruitiũ: ſz ſin ſeq̄. Credo. vbi fit oct. cũ regie cho. dꝛ ſeq̄. Ecce pãis ãge. ōrō. ꝑ oct. ⁊ ī oct. qñ de oc. fit miſ.

¶ Dō. i. poſt feſtũ ſc̄e trini. Offi.

DOmine in tua miſericoꝛdia ſꝑaui exultauit coꝛ meum ī ſalutari tuo cantabo dño qui bona tribuit michi. Ps. Vſqꝫquo dñe obliuiſceris me in finē: vſqꝫ quo auertis faciē tuã a me. Or.

DEus in te ſperãtiũ foꝛtitudo / adeſto propicius inuocationibꝰ nřis: ⁊ q2 ſine te nichil poteſt moꝛtalis īfirmitas: pꝛeſta auxiliũ gr̄e tue: vt in exeq̄ndis mandatis tuis / et volũtate tibi et actione placeamus. Per dñm.

Meōꝛia de trinitate fiat oībus dñicis vſqꝫ ad aduē. dñi / niſi qñ aliq̄ dñica oīno differatē. Notandũ eſt ꝙ qñ dupl. feſtũ ꝑ eſtatē ī dñica ꝯtigerit / nulla de dñica fiet meō. ſz aliqñ ꝑ neceſſitatē facta fuerit ad vſ̄. ⁊ matut. ſub ſilētio vt alias dictũ eſt: ſz qñ fit de aliquo fe. ix. l. in dñicis / ſemꝑ fiat meōꝛia de dñica ⁊ de trinitate ad miſſã quãdo ad vſ̄. ⁊ ad matut. facta fuerit memoꝛia. ¶ Lectio epl̃e beati iohannis apl̃i. i. iiij.

CAriſſimi: Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas dei in nobis: qm̃ filiũ ſuũ vnigenitũ miſit deus in mundũ: vt viuamus per eũ. In hoc eſt caritas nō quaſi nos dilexerimꝰ deũ: ſed qm̃ ipſe pꝛioꝛ dilexit nos / ⁊ miſit filiũ ſuũ ꝓpiciationē ꝓ pc̄tis noſtris. Cariſſimi. ſi deus dilexit nos ⁊ nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet. ⁊ caritas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus qm̃ in eo manemus et ipſe in nobis: qm̃ de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus et teſtificamur: qm̃ pat̃ miſit filiũ ſuũ ſaluatoꝛē mũdi. Quiſquis cōfeſſus fuerit qm̃ ieſus eſt filiꝰ dei: deus in eo manet et ipſe ī deo Et nos cognouimus et credimꝰ caritati: quam habet deus in nobis. Deus caritas eſt. Et qui manet in caritate: in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas nobiſcum: vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt et nos ſumus in hoc mũdo. Timoꝛ nō eſt in caritate: ſed perfecta caritas foꝛas mittit timoꝛē / qm̃ timoꝛ penam habet.

Qui aũt timet: nõ eſt ꝑfectus in caritate. Nos ergo diligam⁹ deũ qm̃ ipſe ꝓꝛ dilexit nos. Si q̃s dixerit qm̃ diligo deũ ⁊ fratrẽ ſuũ oderit: mẽdax ẽ. Qui eni nõ diligit fratrẽ ſuũ quẽ videt: deũ quẽ nõ videt quõ poteſt diligere? Et hoc mãdatũ habem⁹ a deo: vt q̃ diligit deũ: diligat ⁊ fratrẽ ſuũ.

Gr. Ego dixi dñe miſerẽ mei. ſana aĩaʒ meã qꝛ peccaui tibi. V. Btũs q̃ itelligit ſup egenũ ⁊ pauperẽ: ĩ die mala liberabit eũ dñs. Allã. V⁹. Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe intellige clamoꝛem meũ.

Nulla dẽ ſeq̃. qñ de do. agit͛ vſq; ad aduentũ dñi. Scdᷓm lucã. xvi.

IN illo tp̃e dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hanc. Homo quidã erat diues: ⁊ iduebatur purpura ⁊ biſſo et epulabatur quotidie ſplẽdide Et erat q̃dã mẽdicus noĩe lazar⁹: q̃ iacebat ad ianuã eius vlcerib⁹ plen⁹ cupiẽs ſaturari de miſſis q̃ cadebãt de mẽſa diuitis: et nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebãt: et lingebãt vlcera eius. Factũ eſt aũt vt moꝛeret͛ mẽdicus: ⁊ poꝛtaretur ab ãgelis in ſinũ abꝛahe Moꝛtu⁹ eſt aũt ⁊ diues: ⁊ ſepultus eſt in iferno Eleuãs aũt oculos ſuos cũ eſſet in toꝛmẽtis: vidit abꝛahã alõge/ et lazarũ in ſinu eius. Et ipſe clamãs dixit Pater abꝛahã miſerere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti ſui in aquã / vt refrigeret linguã meã/ qꝛ crucioꝛ in hac flãma Et dixit illi abꝛahã Fili recoꝛdare qꝛ recepiſti bona ĩ vita tua: et lazar⁹ ſimiliter mala. Nũc autẽ hic ꝯſolat͛: tu vero cruciarꝭ. Et ĩ his oĩbus inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ eſt. vt hi qui volũt hic trãſire ad vos nõ poſſint neq; inde huc trãſmeare. Et ait. Rogo ergo te pr̃: vt mittas eũ in domũ patrꝭ mei. Habeo eni quĩq; frẽs: vt teſtet͛ illis ne et ipſi veniãt in locũ hũc toꝛmentoꝝ. Et ait illi abꝛahã. Habẽt moyſẽ ⁊ ꝓphetas: audiãt illos. At ille dixit Nõ pater abꝛahã: ſʒ ſi q̃s ex moꝛtuis ierit ad eos: penitẽtiã agẽt Ait aũt illi. Si moyſẽ ⁊ ꝓphetas nõ audiũt: neq; ſi quis ex moꝛtuis reſurrexerit credẽt. Offr. Intende voci oꝛationis mee rex meus ⁊ deus meus quoniam ad te oꝛabo domine. Secreta.

DEus qui nos ad ymaginẽ tuã ꝯditos/ ⁊ ſacramentis renouas ⁊ p̃ceptꝭ: ſupplicũ pꝛeces ⁊ munera benignus accepta vt q̃d fiducia nõ habet meritoꝝ placationes obtineãt hoſtiaꝝ. P. Cõ. Narrabo oĩa mirabilia tua letaboꝛ ⁊ exultabo in te/ pſallã nomini tuo altiſſime. Poſtcõio.

TAntis dñe repleti muneribus/ p̃ſta q̃s: vt ⁊ ſalutaria dona capiam⁹/ ⁊ a tua nunq̃ laude ceſſemus. P do. C Fẽ. iiij.

Lcc̃õ ep̃le b. petri apli. ij. i. capo.

CArĩſſimi: Notã fecim⁹ vobis dñi noſtri ieſu xp̃i virtutẽ ⁊ p̃ſcientiã: ſpeculatoꝛes facti ipſius magnitudinis. Accipiens eni a deo patre honoꝛẽ ⁊ gloriã voce delapſa ad eũ huiuſcemodi a magnifica glia. Hic eſt filius me⁹ dilect⁹ in q̃ michi bene ꝯplacui: ipſũ audite Et hãc vocẽ nos audiuimus de celo allatã: cũ eſſemus cũ ipſo in mõte ſãcto Et habemus firmioꝛẽ ꝓpheticum ſermonẽ cui benefacitis attẽdentes: quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco: donec dies eluceſcat et lucifer oꝛiatur in coꝛdibus veſtris. Secundum matheum. v.c.

IN illo tꝑe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite putare qꝛ veni ſoluere legē aut prophetas. Nō veni ſoluere: ſꝫ adimplere. Amen q̈ppe dico vobis: donec trāſeat celū ⁊ terra/ iota vnū aut vnus apex non pꝛeteribit a lege donec oīa fiāt Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis ⁊ docuerit ſic hoīes: minimus vocabitur in regno celoꝝ. Qui aūt fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celoꝛum.

Dñica ſcḋa. Ad miſſā Officiū

FActus eſt dñs ꝓtectoꝛ meus ⁊ eduxit me ī latitudinē ſaluū me fecit qm̄ voluit me. Ps. Diligā te dñe foꝛtitudo mea: dñs firmamētū meū et refugiū meū et liberatoꝛ meꝰ. Glia. Oꝛatio.

SAncti noīs tui dñe timoꝛē pariter ⁊ amoꝛē fac nos habere ꝑpetuū: qꝛ nūq̄ tua gubernatiōe deſtituis/ quos ī ſoliditate tue dilectionis inſtituis. Per.

Lctō epſe b. iohis apli. i. iij. capo

CArissimi: Nolite mirari ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus qm̄ trāſlati ſumus de moꝛte ad vitā qm̄ diligimus frēs. Qui nō diligit: manet ī moꝛte. Oīs q̄ odit fratrē ſuū: homicida eſt Et ſcitis qm̄ oīs homicida: non habet vitā eternā in ſe manentē In hoc cognouimꝰ caritatē dei: qm̄ ille pꝛo nobis aīam ſuā poſuit/ ⁊ nos debemꝰ pꝛo fratribus aīas ponere. Qui habuerit ſubſtātiā huius mūdi et viderit fratrē ſuū neceſſitatē patientē et clauſerit viſcera ſua ab eo quō caritas dei manet in eo? Filioli mei/ nō diligamus verbo neq̄ lingua ſꝫ opē et veritate. Gr. Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. V. Dñe libera aīaꝫ meā a labijs iniq̄s: ⁊ a lingua doloſa. Allā. V. Deus iudex iuſtus foꝛtis et patiēs: nūquid iraſcitur per ſingulos dies. Scḋm lucam. xiiij. cap.

IN illo tꝑe Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Homo quidā fecit cenā magnā: et vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuū: hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirēt/ qꝛ iā parata ſunt oīa. Et ceperūt ſimul oēs excuſare. Pꝛimus dixit illi. Villā emi: et neceſſe habeo exire/ et videre illā. Rogo te: habe me excuſatū. Et alter dixit. Juga boū emi q̄nq̄: et eo pꝛobare illa. Rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit Vxoꝛē duxi: et ideo nō poſſū venire. Et reuerſus ſeruus: nūciauit hec dño ſuo. Tūc iratus paterfamilias: dixit ſeruo ſuo Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: et paupꝛes ac debiles/ cecos et claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Dñe factū eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi in vias ⁊ ſepes ⁊ ꝯpelle intrare: vt impleatur domꝰ mea Dico aūt vobis ꝙ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſūt: guſtabit cenā meā Offꝫ. Dñe ꝯuertere et eripe aīam meā: ſaluū me fac ꝓpter miſericoꝛdiā tuā Secreta.

OBlatio nos dñe tuo noī dicāda purificet: ⁊ de die ī diē ad celeſtꝫ vite trāſferat actionē. P. Cō. Cātabo dño q̄ bona tribuit michi: ⁊ pſallā noī dñi altiſſimi.

Pꝰcō. SUmptis dñe muneribꝰ ſacris q̄s/ vt cū frequētatiōe miſterij/ creſcat noſtre ſalutis effectus. Per dñm nostrū.

¶ Fer.iiij. Ad ephesios. iiij.ca.

FRatres: Hoc dico ⁊ testificor in dño: vt iā non ambuletis sicut ⁊ gētes ambulāt in vanitate sēsus sui/tenebris obscuratū habētes itellectū/alienati a via dei per ignorātiā q̄ est i illis ꝓpter cecitatē cordis ipsoꝝ. Qui desperātes semetipsos tradiderūt ipudicicie: in operationē immūdicie/oēs in auariciam. Vos aūt nō ita didicistis xp̄m: si tamē illū audistis ⁊ in ip̄o edocti estis sicut est veritas in iesu xp̄o. Deponite vos scd̄m pristinā cōuersationē veterē hoiem qui corrūpitur scd̄m desideria erroris. Renouamini autem sp̄ū mentis vestre: et induite nouū hoiem: qui scd̄m deū creatus est in iusticia ⁊ sāctitate ⁊ veritate In xp̄o iesu: dño nostro. Scd̄m matheū. xxi.

IN illo tp̄e: Cū venisset iesus in tēplū: accesserunt ad eū principes sacerdotū et seniores populi dicētes. In qua potestate hec facis: et quis dedit tibi hāc potestatē? Rn̄dens iesus: dixit illis. Interrogabo vos ⁊ ego vnū sermonē: quē si dixeritis michi ⁊ ego vobis dicā in qua potestate hec facio. Baptismus iohānis vnde erat: de celo an ex hoibus? At illi cogitabāt intra se dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi? Si autē dixerimus ex hoibus: timemus turbā Oēs eni habebāt iohēm: sicut ꝓphetā Et rn̄dentes iesu dixerūt. Nescim⁹. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

¶ Dominica tercia post trinitatem Ad missam. Officium.

REspice in me ⁊ miserere mei dñe qm̄ vnicus et paup̄ sum ego: vide humilitatē meā ⁊ laborē meū ⁊ dimitte oīa pctā mea deus me⁹. ℣ Ad te dñe leuaui aīam meā de⁹ me⁹ in te ꝯfido nō erubescā. Or.

DEprecationē nr̄am q̄s dñe benignus exaudi: et quibus supplicandi p̄stas affectū: tribue defensionis auxiliū. Per.

Lectio ep̄le bt̄i petri ap̄li. i. vlt.

KArissimi: Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tp̄e visitationis. Oēm sollicitudinē vestrā ꝓiciētes in eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: qꝛ aduersarius vester dyabol⁹ tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoret Cui resistite fortes in fide: scientes eandē passionē ei q̄ in mūdo est vestre fraternitati fieri Deus autē oīs gratie q̄ vocauit nos in eternā suā gloriā in xp̄o iesu modicū passos: ip̄e pficiet ꝯfirmabit solidabitq;. Ip̄i glīa ⁊ iperiū: in scl̄a scloꝝ. Gr. Iacta cogitatum tuū i dño ⁊ ip̄e te enutriet. ℣ Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his q̄ appropinquāt michi Allā. ℣. Diligā te dñe virt⁹ mea dñs firmamētū meū ⁊ refugium meū ⁊ liberator me⁹. S. lucā. xv

IN illo tp̄e: Erāt appropinquantes ad iesū publicani et pctōres: vt audirent illum. Et murmurabāt scribe et pharisei dicentes: qꝛ hic pctōres recipit et mādūcat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā: dicēs. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et si perdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonagintanouē i deserto: et vadit ad illā q̄ perierat do=

nec inueniat illā? Et cū iuenerit eā: iposuit i humeros suos gaudens. Et veniens domū: ꝯuocat amicos ⁊ vicinos dicēs illis. Cōgratulamini michi: qꝛ iueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudiū erit i celo sup̱ vno pctōꝛe penitētiā agēte: q̄ supꝛa nonaginta nouē iustis q̄ nō idigent penitentia. Aut q̄ mulier habēs dꝛagmas decē / si perdiderit vnā nonne accēdit lucernā ⁊ euertit domū et querit diligēter donec iueniat eā? Et cū inuenerit ꝯuocat amicas ⁊ vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: qꝛ inueni dꝛagmā quā ꝑdiderā. Ita dico vobꝫ: gaudiū erit i celo coꝛā angelis dei super vno pctōꝛe / penitētiā agēte.

Offr. Sperēt in te oēs qui nouerunt nomē tuū dn̄e qm̄ nō derelinquis querētes te: psallite dn̄o qui habitat in syon qm̄ nō est oblitus oꝛationē pauperū. Secr.

Munera tibi dn̄e q̄s oblata sctifica: vt tui nobꝫ vnigeniti corp⁹ ⁊ sāguis fiat ad medelā. Qui te. Co. Ego clamaui qm̄ exaudisti me de⁹: iclina aurē tuā et exaudi verba mea. Postcōio.

Sacris dn̄e munerib⁹ ꝑceptꝫ q̄s: vt nos eoꝝ virtute et a viciis oībus expies ⁊ donis gratie tue iugiter repleas. Per do. ¶ Fer. iiij. Ad timotheū. ij. iiij.

Carissimi: Dn̄s michi astitit ⁊ ꝯfoꝛtauit me: vt per me ꝑdicatio adipleat. Et audiāt oēs gētes qꝛ liberatus sū de oꝛe leonis ⁊ ope malo: et saluū faciet in regnū suū celeste. Ipsi glīa in sclā sclōꝝ amē. S. matheū. v. ca.

In illo tp̄e Dixit iesus discipulis suis. Esto cōsentiēs aduersario tuo cito dū es in via cū eo: ne foꝛte tradat te aduersari⁹ iudici / ⁊ iudex tradat te ministro / ⁊ i carcerē mittarꝫ. Amē dico tibi nō exies inde: donec reddas nouissimū q̄drantē. Audistꝫ qꝛ dictū est ātiq̄s: nō mechaberꝫ. Ego aūt dico vobis: qꝛ oīs q̄ viderit mulierē ad ꝯcupiscēdū eā / iā mechatus est eā in coꝛde suo. Nō si oculus tu⁹ dexter scādalizat te: erue eū ⁊ ꝓice abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū mēbꝛoꝝ tuoꝝ: q̄ totū coꝛpus tuū eat in gehennā.

¶ Dn̄ica quarta ad missā Offm.

Dominus illumīatio mea et sal⁹ mea quē timebo: dn̄s defēsoꝛ vite mee a quo trepidabo qui tribulant me inimici mei ipi ifirmati sūt et ceciderūt. ps. Si consistant aduersū me castra: nō timebit coꝛ meū. Oꝛatio

Protectoꝛ in te sperātiū de⁹: sine q̄ nichil est validū nichil sctm̄: multiplica sup̱ nos mīaꝫ tuā: vt te rectoꝛe te duce sic transeam⁹ ꝑ bona tp̄alia / vt nō amittam⁹ eterna. P. Ad rom. viij. ca.

Fratres Existimo enī ꝙ nō sunt ꝯdigne passiones huius tp̄is ad futurā gloꝛiā que reuelabit in nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati enī creatura subiecta est nō volēs: sꝫ pꝛopter eū q̄ subiecit i spe. Qꝛ ⁊ ipa creatura liberabit a seruitute coꝛruptionis: in libertatē glīe filioꝝ dei. Scim⁹ enī ꝙ oīs creatura ingemiscit: et parturit vsq̄ adhuc. Non solū aūt illa: sed et nosipsi ꝑmitias spūs habētes: ⁊ ipi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei expectātes redēptionē coꝛꝑis nostri In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o. Gr.

Propiciꝰ esto dñe pctis nr̄is: neq̄n dicāt gētes vbi est deꝰ eoꝝ? ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ ꝓpter honoꝛē nois tui libera nos. Allā. ℣ Dñe i virtute tua letabitur ⁊ sup salutare tuū exultabit vehementer. Scḋm lucam. xvi.

IN illo tp̄e: Dixit iesꝰ discipulis suis. Estote misericoꝛdes: sicut ⁊ pater vester misericoꝛs est. Nolite iudicare: et nō iudicabimini Nolite cōdēnare: ⁊ nō cōdēnabimini Dimittite: ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabitur vobis Mēsurā bonā ⁊ coagitatā ⁊ sup effluentē: dabūt in sinū vestrū. Eadē vero mēsura qua mēsi fueritis: remecietur vobis. Dicebat aūt illis ⁊ similitudinē Nūqd potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueā cadūt? Nō est discipulus: sup magistrū Perfectꝰ aūt ois erit: si sit sicut magister eiꝰ Quid aūt vides festucā i oculo fratris tui: trabē aūt q̄ in ocło tuo est nō cōsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo / frater sine eiciā festucā de ocło tuo / ipse in oculo tuo trabē nō vidēs? Hypocrita eiice ṗmū trabē de ocło tuo: et tūc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Offert. Illuia ocłos meos ne vnq̄ obdoꝛmiā in moꝛte / neq̄n dicat īimicꝰ meꝰ pꝛeualui aduersus eū. Secre.

REspice dñe q̄s munera supplicantis ecclie: ⁊ saluti credētiū ꝑpetua sctificatione sumēda cōcede. P. Cō. Dñs firmamentū meū ⁊ refugiū meū et liberatoꝛ meꝰ: deus meꝰ adiutoꝛ meus Postcō.

SAncta tua nos dñe sūpta viuificent: et mīe sempiterne pꝛeparēt expiatos. Per.

¶ Feria quarta. Lectio epystole beati iohannis apostoli. i. ij. ca.

CArissimi In hoc scimꝰ quoniā cognouimus deum: si mādata eiꝰ obseruemꝰ Qui dicit se scire eū ⁊ mādata eiꝰ nō seruat mēdax est / ⁊ in hoc veritas nō est Nā qui custodit verbū eiꝰ: vere in hoc caritas dei perfecta est In hoc scimus: qm̄ in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere: debet quēadmodū ille ambulauit / ⁊ ipse ambulare. Scḋm math. xviij.

IN illo tp̄e Interrogauerūt discipuli iesū dicētes Quid scribe dicūt: q̄ helyam opoꝛteat pꝛimū venire? At ille respōdens: ait eis. Helyas quidē venturus est: et restituet omnia. Dico autē vobis qꝛ helyas iā venit: et non cognouerūt eum / sed fecerunt in eo quecūq̄ voluerūt. Sic et filiꝰ hois passurus est ab eis. Tūc intellexerūt discipuli: qꝛ de iohāne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eū homo genibus ꝓuolutus ante eū dicēs Dñe miserere filio meo: qꝛ lunaticus est ⁊ male patitur. Nam sepe cadit in ignē ⁊ crebꝛo in aquā: ⁊ obtuli eū discipulis tuis / et non potuerūt curare eū. Respōdens aūt iesus ait. O generatio incredula et peruersa: quousq̄ ero vobiscū / vsq̄quo patiar vos? Afferte huc illū ad me. Et increpauit eū iesus: et exiyt ab eo demoniū et curatus est puer ex illa hoꝛa.

¶ Dñica. v. Ad missam. Officiū.

EXaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: adiutoꝛ meꝰ esto ne derelinquas me / neq̄ despicias me deꝰ salutaris meus. ℣. Dñs illuminatio mea: et salus mea quem timebo? Gloꝛia. Oꝛatio.

Da nobis q̄s dn̄e vt et mūdi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et eccleſia tua trāquilla deuotiōe letetur. ꝑ dn̄.

Lectio ep̄le bt̄i petri ap̄li. i. iij. c.

Cariſſimi: Om̄es vnanimes in oratione eſtote: ꝯpatiētes fraternitatis amatores/ miſericordes/ modeſti/ hūiles. Nō reddentes malū ꝓ malo: vel maledictū ꝓ maledicto ſꝫ ecōtrario bn̄dicētes. Qꝛ i hoc vocati eſtis: vt bn̄dictionē hereditate poſſideatis. Qui enī vult vitā diligere ⁊ videre dies bonos: coerceat linguā ſuā a malo: ⁊ labia eiꝰ ne loquātur dolū. Declinet aūt a malo ⁊ faciat bonū: inq̄rat pacē ⁊ ſequatur eā. Qꝛ oculi dn̄i ſuꝑ iuſtos: ⁊ aures eiꝰ in p̄ces eoꝝ. Vultus aūt dn̄i ſuꝑ faciētes mala. Et q̄s eſt q̄ vobis noceat/ ſi boni emulatores fueritis? Sꝫ et ſi q̄d patimini ꝓpter iuſticiā: bt̄i. Timorē aūt eoꝝ ne timueritis: vt nō ꝯturbemini. Dn̄m aūt xp̄m ſctificate: in cordibus vr̄is. Gr. Protector nr̄ aſpice deus: et reſpice ſuꝑ ſeruos tuos. V. Dn̄e deꝰ virtutū exaudi p̄ces ſeruoꝝ tuoꝝ. Allā. V. In te dn̄e ſpaui nō ꝯfūdar ineternū: i tua iuſticia libera me ⁊ eripe me/ iclina ad me aurē tuā accelera vt eripias me. Sc̄m lucā. v. c.

In illo t̄pe: Cū turbe irruerent a dieſū vt audirēt verbū dei: ⁊ ip̄e ſtabat ſecus ſtagnū genezareth. Et vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnū: piſcatores aūt deſcēderāt ⁊ lauabāt rethia. Aſcendēs aūt in vnā naui que erat ſymonis: rogauit eū vt a terra reduceret puſillū. Et ſedēs docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit aūt loq̄: dixit ad ſymonē. Duc in altū: et laxate rethia veſtra i capturā. Et reſpondens ſymō: dixit illi. Preceptor/ per totā noctē laborātes nichil cepimus: in verbo aūt tuo laxabo rethe. Et cū hoc feciſſēt: ꝯcluſerūt piſciū multitudinē copioſā. Rūpebatur aūt rethe eoꝝ ⁊ annuerūt ſocijs q̄ erāt in alia naui vt venirēt et adiuuarēt eos. Et venerūt/ et īpleuerūt ābas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cū videret ſymon petrus: ꝓcidit ad genua ieſu dicēs Exi a me: qꝛ homo pctōr ſū dn̄e. Stupor enī circūdederat eū: et oēs qui cū illo erāt in captura piſciū quā ceperant. Similiter aūt iacobū et iohannē filios zebedei: q̄ erāt ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonē ieſus. Noli timere: ex hoc iā hoīes eris capiēs. Et ſubductis ad terrā nauibus: relictis oībus ſecuti eū. Offr. Bn̄dicā dn̄m q̄ tribuit michi intellectū: ꝓuidebā deū in ꝯſpectu meo ſemꝑ qm̄ a dextris eſt michi ne cōmouear. Secreta.

Aſcendāt q̄s dn̄e p̄ces hūilitatis noſtre in ꝯſpectu clemētie tue ⁊ deſcēdat ſuꝑ hec oblata virtꝰ tue diuinitatꝭ: quā nr̄is quoq; purificādis mētibus largiaris. Per d. Cōio. Vnā petij a dn̄o hāc req̄rā vt inhabitē i domo dn̄i oībus diebꝰ vite mee. Poſtcō.

Miſteria nos dn̄e q̄s ſcā purificēt: ⁊ ſuo munere tueātur. Per. ¶ Fer. iiij. Ad thim. i. ij. c.

Cariſſime: Obſecro primū oīꝫ fieri obſecratiōes/ orationes/ poſtulationes/ grāꝝ actiones pro oībus hoībus. Pro regibus et oībus qui in ſublimitate ſūt ꝯſtituti: vt quietā ⁊ trāquillam vitā agamus i omi pietate et caſtitate Hoc eni bonũ eſt ⁊ acceptũ corã ſaluatore nr̃o deo: qui oẽs hoĩes vult ſaluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus eni deꝰ: vnus et mediator dei ⁊ hoim / hõ xp̃s ieſus q̃ dedit redẽptionẽ ſemetipſũ pro oĩbus Cuius teſtimoniũ tp̃ibus ſuis confirmatũ eſt: in quo poſitꝰ ſũ ego predicator et apl̃s. Ueritatẽ dico nõ mẽtior: doctor gentiũ in fide et veritate. Scd̃m lucã. viij.

IN illo tp̃e: Factũ eſt in vna dierũ: ⁊ ieſus aſcẽdit in nauiculã et diſcipuli eius Et ait ad illos. Trãſfretemus trãs ſtagnũ Et aſcenderũt Nauigãtibus autem illis: obdormiuit Et deſcendit procella venti in ſtagnũ: ⁊ cõpellebant fluctibus et periclitabantur. Accedẽtes aũt: ſuſcitauerunt eũ dicẽtes. Preceptor perimus. At ille ſurgẽs increpauit vẽtum et tẽpeſtatẽ aque: ⁊ ceſſauit Et facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi eſt fides vr̃a? Qui timentes mirati ſũt ad inuicem dicẽtes. Quis putas hic eſt? Qꝛ vẽtis imperat ⁊ mari: et obediũt ei

Dñica ſexta. Ad miſſã. Offm̃.

DOminꝰ fortitudo plebis ſue ⁊ protector ſalutariũ xp̄i ſui eſt: ſaluũ fac pp̃lm tuũ dñe et bñdic hereditati tue / ⁊ rege eos vſq; in ſcl̃m. Ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: nequãdo taceas a me ⁊ aſſimilabor deſcendentibus in lacũ. Oratio.

DEus qui diligẽtibus te bona inuiſibilia preparaſti: infunde cordibus noſtris tui amoris affectũ: vt te in oĩbus et ſup oĩa diligentes: promiſſiones tuas que oẽ deſideriũ ſuperãt cõſequamur. Per. Ad romanos. vi. c.

FRatres: Quicũq; baptizati ſumus in xp̄o ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus. Cõſepulti eni ſumꝰ cũ illo per baptiſmũ in mortẽ: vt quõ ſurrexit xp̄s a mortuis per gloriã pr̃is / ita et nos in nouitate vite ambulemꝰ. Si eni cõplantati facti ſumꝰ ſimilitudini mortis eius: ſimul et reſurrectiõis erimꝰ Hoc ſciẽtes: qꝛ vetus hõ noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruat corpus pctĩ: vt vltra nõ ſeruiamus pctõ. Qui eni mortuꝰ eſt: iuſtificatus eſt a pctõ. Si aũt mortui ſumus cũ xp̄o: credimus qꝛ ſimul etiã viuemus cũ xp̄o. Scientes q xp̄s reſurgẽs ex mortuis iã nõ morit: mors illi vltra nõ dñabit. Qđ eni mortuus eſt pctõ: mortuꝰ eſt ſemel. Quod autẽ viuit: viuit deo. Ita et vos exiſtimate vos mortuos q̃dẽ eſſe pctõ: viuẽtes aũt deo In xp̄o ieſu dño nr̃o. Gr. Cõuertere dñe aliquãtulũ ⁊ deprecare ſup ſeruos tuos V. Dñe refugiũ factꝰ es nobis a gñatiõe ⁊ pgenie. Allã. V. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ ⁊ ab inſurgẽtibꝰ in me libera me. S. mat. v

IN illo tp̃e Dixit ieſus diſcipulis ſuis Amẽ dico vobis niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq̃ ſcribaꝝ et phariſeoꝝ: non intrabitis in regnũ celoꝝ. Audiſtis qꝛ dictũ ꝫ antiq̃s: nõ occides Qui aũt occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: qꝛ oĩs qui iraſcit fratri ſuo / reꝰ erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri ſuo racha: reus erit cõſilio. Qui autẽ dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munꝰ tuũ ad altare: et ibi recordatꝰ fueris qꝛ frater tuꝰ habet aliq̃d aduerſum te/relinq̄ ibi mun⁹ tuū ante altare/ꝛ vade ꝓus recōciliari frī tuo. Et tūc veniēs offeres mun⁹ tuū. Offr̄. Perfice greſſ⁹ meos i ſemitꝫ tuis vt nō moueant̄ veſtigia m̄a: iclina aurē tuā ꝛ exaudi v̄ba m̄a: mirifica mīas tuas q̄ ſaluos facꝫ ſperātes i te dn̄e. Secr̄.

Propiciare dn̄e ſupplicationib⁹ nr̄is: ꝛ has oblationes famuloꝝ tuoꝝ benign⁹ aſſume: vt qđ ſingl̄i obtulerūt ad honorē tui nois/cūctꝫ ꝑficiat ad ſalutē. p. Cō. Circuibo ꝛ imolabo i tabernaculo ei⁹ hoſtiā iubilationis cātabo ꝛ pſalmū dicā dn̄o.

Quos celeſti dono dn̄e p⁹cō ſatiaſti: p̄ſta q̄s/vt a nr̄is mūdemur occultis: ꝛ ab hoſtiū liberemur inſidijs. p. ¶ Fe. iiij.

Lectō eplē beati iohis apl̄i. i. ij. c.

Cariſſimi. Nō ſcripſi vobis quaſi ignorātibus veritatē: ſed quaſi ſciētibus eā/ qm̄ oē mēdaciū ex veritate nō eſt. Quis eſt mēdax niſi is q̄ credit qm̄ ieſus nō ē xp̄s? Hic eſt ātixp̄s: q̄ negat patrē ꝛ filiū. Oīs q̄ negat filiū: nec patrē habet. Qui aūt ꝯfitet̄ filiū: et patrē habet. Vos qđ audiſtis ab īitio: in vobis ꝑmaneat. Quod ſi i vobis ꝑmāſerit qđ audiſtis ab īitio: ꝛ vos i filio et patre ꝑmanebitis. Et hec eſt repromiſſio: quā ip̄e pollicit⁹ eſt vobis vita eterna. S. marcū. x.

In illo tp̄e. Cū egreſſus eſſet ieſus in via: ꝓcurrēs q̄dā genuflexo ante eū: interrogabat eū dicēs. Magiſter bone: qđ faciā vt vitā eternā accipiā? Ieſus aūt dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bon⁹ niſi ſolus de⁹. Precepta noſti? Ille dixit. Que? Ne adulteres/ne occidas/nō fureris/nō falſū teſtimoniū dixeris/ne fraudē fecerꝫ: honora patrē tuū et matrē. Et ille rn̄dens ait illi. Magiſter hec oīa obſeruaui a iuuētute mea. Ieſus autē intuitus eū dilexit eū: ꝛ dixit ei. Vnū tibi deeſt. Vade: vēde quecūqꝫ habes ꝛ da pauperib⁹: ꝛ habebis theſaurū in celo: ꝛ veni ſequere me. ¶ Dn̄ica. viij. Officiū.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. p̄s. Subiecit ꝑplos nobis: ꝛ gētes ſub pedibus nr̄is

Oratio

Deus virtutū cui⁹ eſt totū quod eſt optimū: inſere pectoribus noſtris amorem tui nois/et preſta i nobis religionis augmētū: vt q̄ ſūt bona nutrias: ac pietatꝫ ſtudio q̄ ſūt nutrita cuſtodias. p. Ad rom. vi. c.

Fratres: Hūanū dico ꝓpter infirmitatē carnis veſtre. Sicut eni exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire imundicie ꝛ iniq̄tati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mēbra vr̄a ſeruire iuſticie i ſctificationē. Cū eni ſerui eſſetis pc̄ti: liberi fuiſtis iuſticie. Quē ergo fructū habuiſtꝫ tūc in illis in quib⁹ nūc erubeſcitis? Nā finis illoꝝ: mors eſt. Nūc vero liberati a pc̄tō: ſerui aūt facti deo. Habetis fructū veſtrū in ſctificationē: finē vero vitā eternā. Stipendia eni peccati: mors. Gratia autē dei: vita eterna. In chriſto ieſu: dn̄o noſtro. Gr. Venite filij audite me: timorē dn̄i docebo vos. ꝟ. Accedite ad eū ꝛ illuminamini: ꝛ facies veſtre nō cōfundētur. Allā. ꝟ. Te decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddetur votū in hieruſalē. Scd̄m marcū. viij. c.

IN illo tp̄e: Cū turba multa eſſet cū ieſu nec haberēt qđ manducarent: cōuocatis diſcipulis ait illis. Miſereoꝛ ſup turbā qꝛ ecce iā triduo ſuſtinēt me / nec habēt qđ māducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuā: deficient in via. Quidā eni ex eis de lōge venerūt. Et reſpōderūt ei: diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit q̄s hic ſaturare panib⁹ in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt Septē. Et p̄cepit turbe: diſcūbere ſup trā. Et accipiēs ſeptē panes gr̄as agēs fregit ⁊ dabat diſcipulis ſuis / vt apponerēt. Et appoſuerūt turbe. Et habebāt piſciculos paucos: et ip̄os bn̄dixit / et iuſſit apponi. Et māducauerūt: et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt qđ ſuperauerat de fragmētis: ſeptē ſpoꝛtas. Erāt aūt q̄ māducauerūt quaſi quattuoꝛ milia / ⁊ dimiſit eos. Offr. Sicut in olocauſtū arietū ⁊ tauroꝝ ⁊ ſicut in milib⁹ agnoꝝ pinguiū ſic fiat ſacrificiū noſtrū in cōſpectu tuo hodie vt cōplaceat tibi qꝛ nō eſt confuſio cōfidentibus in te dn̄e. Secreta.

PRopiciare dn̄e ſupplicationib⁹ nr̄is: et has oblationes ppl'i tui benignus aſſume: et vt nullus ſit irritū votū nullius vacua poſtulatio p̄ſta q̄s: vt qđ fideliter petimus: efficaciter conſequamur. P. Cō. Inclina aurē tuā accelera vt eruas nos. Pᵒcō.

REpleti dn̄e munerib⁹ tuis tribue q̄s: vt eoꝝ mūdemur effectu / et muniamur auxilio. P.

¶ Feria.iiij. Ad romanos. viij.

FRatres: Nichil nūc dānationis eſt his qui ſūt i xp̄o ieſu: qui nō ſcđm carnē ambulāt. Lex eni ſp̄us vite in xp̄o ieſu: liberauit me a lege pcc̄i et moꝛtis. Nā qđ ipoſſibile erat legi: i quo infirmabat per carnē deus filiū ſuū mittēs i ſimilitudinē carnis pcc̄i. Et de pcc̄o dānauit peccatū in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. qui non ſcđm carnē ambulamus / ſed ſcđm ſpiritū. Qui eni ſecūdū carnē ſunt: que carnis ſunt ſapiūt. Qui vero ſecundū ſpiritū ſunt: q̄ ſūt ſp̄us ſentiunt. Nam pꝛudentia carnis moꝛs eſt. Pꝛudentia aūt ſp̄us vita et pax. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Secundum matheū. xij.

IN illo tp̄e: Abijt ieſus ſabbato per ſata: diſcipuli aūt eius eſurientes / ceperūt euellere ſpicas et māducare. Phariſei autē videntes: dixerunt ei. Ecce diſcipuli tui faciūt: qđ nō licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis. Non legiſtis quid fecerit dauid quādo eſurijt: et q̄ cū illo erant? Quō intrauit in domū dei: ⁊ panes ꝓpoſitiōis comedit quos nō licebat ei edere / neq̄ his qui cū eo erant / niſi ſolis ſacerdotibus Aut nō legiſtis in lege: qꝛ ſabbatis ſacerdotes in tēplū ſabbatū violant / ⁊ ſine crimine ſūt? Dico aūt vobis: qꝛ tēplo maioꝛ eſt hic. Si autē ſciretis q̄d eſt mīam volo ⁊ nō ſacrificiū: nūq̄ ꝯdēnaſſetis inocētes ¶ Dn̄ica viij. offc.

SUſcepim⁹ deus mīam tuā in medio tēpli tui ſcđm nomen tuū deus ita et laus tua i fines terre iuſticia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Or.

DEus cuius pꝛouidentia in

ſui diſpoſitione nõ fallit͛ te ſupplices exoramus: vt noxia cũcta ſubmoueas ⁊ oĩa nobis ꝓfutura cõcedas. Per. Ad romanos. viij.

FRatres debitores ſumus nõ carni: vt ſcd̃m carnẽ viuamus. Si eni ſcd̃m carnẽ vixeritis: moriemini. Si autẽ ſpũ factã carnis mortificaueritis: viuetis Quicũq; eni ſpũ dei agũtur: hi ſũt filij dei. Nõ eni accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpm̃ adoptionis filiorũ dei: in quo clamamus abba pater. Ipſe eni ſpũs teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro: ꝙ ſumus filij dei. Si autẽ filij et heredes Heredes quidẽ dei: coheredes autẽ xp̃i. Gr. Eſto michi in deũ protectorẽ ⁊ in locũ refugij vt ſaluũ me facias. V. Deus in te ſperaui dñe nõ cõfũdar in eternũ. Alia. V. Attẽdite popule meus in legem meam. Secundum matheum. vij.

IN illo tp̃e dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a falſis ꝓphetis qui veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ: intrinſecus autẽ ſũt lupi rapaces. A fructibus eorũ: cognoſcetis eos. Nũqd colligũt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omis arbor bona: fructus bonos facit. Mala autẽ arbor: fruct⁹ malos facit. Nõ poteſt arbor bona fruct⁹ malos facere: neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere. Oĩs arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ excidetur: ⁊ ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorũ: cognoſcetis eos. Non oĩs qui dicit michi dñe dñe / intrabit i regnũ celorũ: ſed q̃ facit voluntatẽ pr̃is mei qui in celis eſt / ipſe intrabit in regnũ celorũ. Offer. Populũ humilẽ ſaluũ facies dñe et oculos ſuperborũ humiliabis quoniã quis deus preter te dñe. Secreta

DEus qui legaliũ differentias hoſtiarũ vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium a deuotis tibi famulis oblatũ: ⁊ pari bñdictione ſicut munera iuſti abel ſctifica: vt qđ ſinguli obtulerũt ad maieſtatis tue honorẽ / cũctis ꝓficiat ad ſalutẽ. P. Cõio. Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dñs beatus vir qui ſperat ĩ eo. Poſtcõ

TUa nos dñe medicinalis operatio et a noſtris peruerſitatibus clemẽter expediat: ⁊ ad ea que ſunt recta perducat. Per do.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v. ca.

FRatres: Cõmendat deus ſuã caritatẽ in nobis: qm̃ cũ adhuc pctõres eſſemus ſecundũ tẽpus xp̃s pro nobis mortu⁹ eſt. Multo igit͛ magis iuſtificati nunc in ſanguine eius: ſalui erimus ab ira per ipſũ. Si enim cũ inimici eſſemus recõſiliati ſumus deo per mortẽ filij ei⁹: multomagis recõſiliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolũ autem ſed et gliamur in dño. Per ieſũ xp̃m dñm nr̃m. Scd̃m marcũ. ix.

IN illo tp̃e: Dixerũt diſcipuli ad ieſũ. Magiſter: vidimus quẽdã in noĩe tuo eiicientẽ demonia: et prohibuimus eũ / q2 nõ ſequitur nos. Ieſus autẽ ait illis. Nolite prohibere eũ Nemo eſt eni qui faciat virtutẽ in noĩe meo: et poſſit cito male loqui de me. Qui eni nõ eſt aduerſũ vos: pro vobis eſt. Quiſquis eni potũ dederit vobis calicẽ aque frigide in nomine meo qr xp̃i eſtis: amen dico vobis nõ perdet mercedẽ ſuã. Et quicũq; ſcandaliza‑

uerit vnũ ex his puſillis credẽtibus ĩ me: bonũ eſt ei magis ſi circũdaretᷣ mola aſinaria ĩ collo eiꝰ et in mare mitteretᷣ. Et ſi ſcãdalizauerit te manꝰ tua: abſcide illã. Bonũ eſt tibi debilẽ itroire ĩ regnũ dei: ꝙ̃ duas manꝰ habẽtẽ ire ĩ gehẽnã in ignẽ iextinguibilẽ/ vbi vermis coꝝ nõ moritur ⁊ ignis nõ extiguitᷣ. Et ſi pes tuꝰ ſcandalizat te: ãputa illũ. Bonũ eſt tibi claudũ introire in vitam eternã: ꝙ̃ duos pedes habẽtẽ mitti in gehennã ignis iextinguibilis. vbi vermis coꝝ nõ moritur: et ignis nõ extinguitᷣ. Et ſi oculus tuꝰ ſcãdalizat te. erue eũ. Bonũ eſt tibi luſcũ itroire: ĩ regnũ dei: ꝙ̃ duos oclõs habẽtẽ mitti ĩ gehennã ignis. Vbi vermis coꝝ nõ moritᷣ: et ignis nõ extinguitᷣ.

¶ Dñica nona. Ad miſſã. Offm̃.

Ecce deus adiuuat me et dñs ſuſceptor eſt anime mee: auerte mala inimicis meis ⁊ in veritate tua diſperde illos protector meus dñe. Ps. Deus ĩ nomine tuo ſaluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Oratio.

Largire nobis dñe q̃s ſemꝑ ſpiritũ cogitãdi q̃ recta ſũt ꝓpicius ⁊ agẽdi: vt q̃ ſine te eſſe nõ poſſumus: ſcd̃m te viuere valeamus. Per. Ad corinthios. i.x

Fratres: Non ſcimus cõcupiſcentes maloꝝ: ſicut ⁊ illi ꝯcupierũt. Neq̃ ydolatre efficiamini: ſicut q̃dã ex ipſis queadmodũ ſcriptũ eſt Sedit ppl's mãducare ⁊ bibere: ⁊ ſurrexerũt ludere. Neq̃ fornicemur: ſicut q̃dã ex ipſis fornicati ſũt/ ⁊ ceciderũt vna die viginti tria milia. Neq̃ tentemus xp̃m: ſicut q̃dã coꝝ tentauerũt/ ⁊ a ſerpẽtibus perierũt. Neq̃ murmurauerits ſicut quidã coꝝ murmurauerũt/ ⁊ perierũt ab exterminatore. Hec aũt oĩa in figura ꝯtingebãt illis. Scripta ſunt aũt hec ad correptionẽ noſtrã: in quos fines ſeculoꝝ deuenerũt. Itaq̃ q̃ ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apprehẽdat: niſi hũana. Fidelis aũt deꝰ q̃ nõ patietur vos tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed faciet cũ tẽtatione etiã ꝓuentũ: vt poſſitis ſuſtinere. Gr. Dñe dñs nr̃ ꝙ̃ admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. V. Qm̃ eleuata eſt magnificentia tua ſuꝑ celos. Alleluya. V. Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob. ſumite pſalmũ iocundum cum cythara. Secundũ lucam. xvi. ca.

In illo tp̃e Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hanc. Hõ quidã erat diues q̃ habebat villicũ: ⁊ hic diffamatꝰ eſt apud illũ quaſi diſſipaſſet bona ipſiꝰ. Et vocauit illũ: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationez villicatiõis tue. Iã enĩ nõ poteris villicare. Ait aũt villicus intra ſe. Quid faciã qꝛ dñs meꝰ aufert a me villicationẽ? Fodẽ nõ valeo. mẽdicare erubeſco. Scio q̃d faciã/ vt cũ amotꝰ fuero a villicatiõe recipiãt me ĩ domos ſuas. Cõuocatis itaq̃ ſingulis debitoribus dñi ſui: dicebat ꝑmo. Quantũ debes dño meo? At ille dixit. Centũ cados olei. Dixitq̃ illi. Accipe cautionẽ tuã ⁊ ſede cito: ⁊ ſcribe quĩquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero q̃ntũ debes? Qui ait. Centum choros tritici: Ait illi Accipe litteras tuas ⁊ ſcribe octogita Et laudauit dñs vil licū liq̄tatis qꝛ prudēter feciſſet qꝛ filij hui⁹ ſeculi prudētiores filiis lucis in gñatione ſua ſūt Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mām̄ona iniq̄tatis: vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Offr. Juſticie dñi recte letificātes corda et dulciora ſuper mel ⁊ fauū: nā et ſeruus tuus cuſtodiet ea. Sec̄.

Suſcipe munera q̄s dñe q̄ tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec ſacroſctā miſteria grē tue operāte virtute/ ⁊ p̄ſētis vite nos conuerſatione ſctificēt: ⁊ ad gaudia ſēpit̄na p̄ducāt. p. Cōio. Primū querite regnū dei: ⁊ oīa adijcientur vobis dicit dñs. Poſtcōio.

Sit nobis dñe q̄s reparatio mētis ⁊ corporis celeſte myſteriū: vt cuius exequimur actionem/ ſentiamus effectū. Per do.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. vi. ca.

Fratres: Neſcitis q̄m cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obediēdū: ſerui eſtis ei⁹ cui obediſtis? Siue pcc̄i ad mortē: ſiue obeditiōis ad iuſticiā. Gratias autē deo ꝙ fuiſtis ſerui pcc̄i: obediſtis aūt ex corde in eā formā doctrine in qua traditi eſtis Liberati aūt a peccato: ſerui facti eſtis iuſticie. In chriſto ieſu: domino noſtro. Secundum lucam. xvi.

In illo t̄pe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo: ⁊ in maiore fidelis ꝫ Et qui in modico iniquus eſt: et in maiore iniquus eſt. Si ergo i iniquo mām̄ona fideles non fuiſtis q̄d verū eſt: q̄s credet vobis? Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis quod verū eſt: q̄s dabit vobis? Nemo ſeruus: poteſt duob⁹ dñis ſuire. Aut eñi vnū odiet ⁊ alteꝝ diliget: aut vni adherebit ⁊ alterū cōtēnet. Nō poteſtis deo ſeruire: ⁊ mām̄one. Audiebant eñi hec oīa phariſei qui erant auari: et deridebāt illū. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: deus aūt nouit corda veſtra. Quia quod hoīb⁹ altum eſt: abominatio eſt ante deū.

¶ Dñica decima. Ad miſſā. Offi.

Dum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt michi ⁊ humiliauit eos qui eſt ante ſecula et manet in eternū: iacta cogitatū tuū in dño et ipſe te enutriet. ps. Exaudi deus orationē meā et ne deſpexeris deprecationē meā: itēde michi ⁊ exaudi me. Oratio

Pateant aures miſe tue dñe precibus ſupplicantiū: ⁊ vt petētib⁹ deſiderata cōcedas: fac eos que tibi placita ſūt poſtulare. P dominū. Ad corinthios. i. xij. ca.

Fratres: Scitis quoniā cū gētes eſſetꝫ: ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio ꝙ nemo i ſpū dei loquēs: dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dñs ieſus: niſi in ſpū ſctō Diuiſiones vero grāꝝ ſūt: idē aūt ſpūs. Et diuiſiones miniſtrationū ſunt: idem aūt dñs. Et diuiſiōes opationū ſūt: idē vero deus q̄ opat oīa in oīb⁹ Unicuiq; aūt dat manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē. Alij q̄dē per ſpm̄ dat ſermo ſapientie alij aūt ſmo ſciētie ſm eūdē ſpm̄ Alteri fides: in eodē ſpū. Alij grā ſanitatū in vno ſpū. Alij opatio virtutū: alij pphetia/ alij diſcretio ſpirituū/ alij genera linguarum/ alij interpretatio ſermonū

Hec aũt oĩa opaꝛ vnus atq̃ idẽ ſpũs: diuidẽs ſinglis ꝓut vult. Gṙ. Cuſtodi me dñe vt pupillã ocli: ſub vmbꝛa alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. ℣ De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat: ocli tui videãt eq̃tatẽ. Allã ℣. Dñe deꝰ ſalutis mee: ĩ die clamaui ⁊ nocte corã te. S. lucã xix.

IN illo tp̃e Cũ appropinquaret ieſus hieruſalẽ: videns ciuitatẽ fleuit ſup illã dicẽs. Qꝛ ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et q̇dẽ ĩ hac die tua q̃ ad pacẽ tibi: nũc aũt abſcõdita ſũt ab oculis tuis. Quia ecce veniẽt dies in te: ⁊ circũdabunt te ĩimici tui vallo/⁊ circũdabũt te ⁊ coanguſtabũt te vndiq̃/et ad terrã proſternẽt te ⁊ filios tuos qui in te ſũt. Et nõ relinquẽt in te lapidẽ ſup lapidẽ: eo ꝙ nõ cognoueris tp̃s viſitationis tue. Et ingreſſus in tẽplũ: cepit eijcere vendentes in illo et ementes/dicẽs illis. Scriptũ eſt qꝛ domus mea domꝰ orationis eſt. Vos aũt feciſtis illã: ſpeluncam latronũ. Et erat docẽs: quotidie in tẽplo. Offꝛ. Ad te dñe leuaui aĩam meã deus meus in te ꝯfido non erubeſcã: neq̃ irrideant me ĩimici mei etenĩ vniuerſi q̇ te expectãt nõ ꝯfũdẽtur. Secꝛ.

COncede nobis hec q̃s dñe digne frequẽtare miſteria qꝛ quotiẽs huiꝰ hoſtie ꝯmemoratio celebraꝛ: opꝰ nr̃e redẽptionis exerceꝛ. p d. Cõ. Acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes ⁊ olocauſta ſup altare tuũ dñe. Pꝰcõ

TUi nobis dñe cõio ſacramenti: ⁊ purificatiõnẽ cõferat/⁊ tribuat vnitatẽ. Per dñ.

¶ Fer. iiij. Ad corinthios. i. xv.

FRatres: Non oĩs caro eadẽ caro: ſed alia hoĩz/alia pecoꝝ/alia volucrũ/alia aũt piſciũ. ⁊ corpora celeſtia ⁊ corpora terreſtria. Sꝫ alia quidẽ celeſtiũ gloria: alia autẽ terreſtriũ. Alia claritas ſolis/alia claritas lune et alia claritas ſtellarũ. Stella autẽ a ſtella differt in claritate: ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in glĩa. Semĩatur in ĩfirmitate: ſurget in virtute. Seminaꝛ corpus aĩale, ſurget corpꝰ ſpiritale/ſicut ſcriptũ eſt Factus eſt p̃mus homo adã in aĩam viuentẽ: nouiſſimus adã in ſpiritũ viuificantẽ. Sed nõ p̃us qd̃ ſpiritale eſt: ſꝫ qd̃ aĩale/deinde qd̃ ſpiritale. In xp̃o ieſu dño noſtro. S. lucam. xxi. ca.

IN illo tp̃e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attẽdite vobis ne forte grauenꝛ corda veſtra in crapula ⁊ ebrietate/⁊ curis huiꝰ vite: ⁊ ſuperueniat ĩ vos repentina dies illa. Tãq̃ laq̃us enĩ ſuperueniet in oẽs: qui ſedẽt ſuper faciẽ oĩs terre. Vigilate itaq̃ orãtes oĩ tp̃e: vt digni habeamini fugere iſta omnia que futura ſunt: et ſtare ante filiũ hominis.

¶ Dñica vndecima. Officium.

DEus in loco ſctõ ſuo deus q̇ inhabitare facit vnanimes ĩ domo ipſe dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi ſue. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipenꝛ ĩimici eiꝰ: ⁊ fugiãt q̇ oderũt eũ a facie eiꝰ. Or.

DEus qui oĩpotentiã tuam parcendo maxime ⁊ miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiã tuã: vt ad tua ꝓmiſſa currẽtes/celeſtiũ bonoꝝ facias eẽ ꝯſortes. p. Ad corinth. i. xv

FRatres: Notum facio vobis euāgeliū qđ predicaui vobis: qđ ⁊ accepiſtis /in q̄ et ſtatis/per qđ ⁊ ſaluamini. Qua ratione ꝑdicauerī vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi eni vobꝫ in ꝓmis qđ ⁊ accepi: qm̄ xp̄s ieſus mortuꝰ eſt ꝓ pc̄cis nr̄is ſcḋm ſcripturas/et qꝛ ſepultꝰ eſt et qꝛ reſurrexit tcia die ſcḋm ſcripturas Et viſus eſt cephe: ⁊ poſt hec vndeci. Deide viſꝰ eſt pluſq̄ quingētis fratribꝰ ſimul: ex qbꝰ multi manēt vſq3 adhuc/qdā aūt dormierūt Deide viſꝰ eſt iacobo deide apl'is oibꝰ. Nouiſſime aūt oim tanq̄ abortiuo viſus eſt et michi Ego eni ſū minimus apl'orū qui nō ſū dignꝰ vocari apl's: qm̄ perſecutꝰ ſū eccleſiā dei Gr̄a aūt dei ſū id qđ ſū: ⁊ gr̄a eius in me vacua nō fuit. Gr̄ In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutꝰ ſū: ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dn̄e clamabo deꝰ meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. Allā. ℣ Dn̄e refugium factus es nobis a generatiōe ⁊ progenie. Secundum lucam. xviij.

IN illo tp̄e Dicebat ieſus ad q̄ſdā qui in ſe ꝯfidebāt tāq̄ iuſti ⁊ aſp'nabant ceteros: parabolā iſtā dicēs. Duo hoīes aſcenderūt in tēplū vt orarent: vnus phariſeꝰ ⁊ alter publicanꝰ. Phariſeus aūt ſtans: hec apud ſe orabat. Deꝰ gr̄as ago tibi: qꝛ nō ſū ſicut ceteri hoim/raptores/iniuſti/adulteri/velut etiā hic publicanus Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oim̄ q̄ poſſideo. Et publicanus alōge ſtās nolebat nec oculos ad celū leuare/ſed ꝑcutiebat pectus ſuū dicēs. Deus ꝓpicius eſto michi pc̄ōri. Amen dico vobis: deſcēdit hic iuſtificatꝰ in domū ſuā ab illo. Qꝛ oīs q̄ ſe exaltat humiliabit: et qui ſe humiliat exaltabit. Off'. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſup̄ me dn̄e clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. Secreta

TIbi dn̄e ſacrificia dicata reddant: q̄ ſic ad honorem noīs tui deferenda tribuiſti: vt eadē remedia nr̄a fieri ꝑſtares. P.

Cō. Honora dn̄m de tua ſubſtātia ⁊ de ꝓmitijs frugū tuarū vt impleant horrea tua ſaturitate ⁊ vino torcularia redūdabūt. Pꝰcō.

QUeſumus dn̄e deus noſter vt quos diuinis reparare nō deſinis ſacramētis: tuis nō deſtituas benignus auxilijs. Per.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios. i. vi.

FRatres: Neſcitis qm̄ corpora veſtra mēbra ſūt xp̄i? Tollēs ergo mēbra xp̄i faciā mēbra meretricis? Abſit. An neſcitꝫ qm̄ qui adheret meretrici: vnum corpꝰ efficit? Erunt eni inqt duo in carne vna. Qui autē adheret deo: vnus ſp̄s eſt. Fugite fornicationē Omne eni peccatū quodcūq3 fecerit homo: extra corpꝰ eſt Qui aūt fornicatur: in corpꝰ ſuū peccat. An neſcitis qm̄ mēbra veſtra tēplū eſt ſp̄uſſancti qui in vobis eſt quē habetis a deo: et non eſtis veſtri? Empti eni eſtis precio magno: glificate ⁊ portate deum in corpore vr̄o. S. lucā. xviij

IN illo tp̄e Dicebat ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Qm̄ oportet ſēꝑ orare: ⁊ nō deficere dicēs. Iudex qdā erat in quadā ciuitate q̄ deū nō timebat: et hominē nō reuerebatur. Vidua aūt q̄dā erat ī ciuitate illa: et veniebat ad eū dicens Vindica me de aduerſario meo Et nolebat ꝑ multũ tp̄s. Poſt hec aũt dixit intra ſe. Et ſi deũ nõ timeo nec hominẽ reuereor: tñ qꝛ moleſta eſt michi hec vidua vĩdicabo illã/ne ĩ nouiſſimo veniẽs ſuggillet me Ait aũt dñs. Audite qđ iudex ĩiq̄tatꝫ dixit. Deꝰ aũt nõ faciet vindictã electoꝝ ſuoꝝ clamãtiũ ad ſe die ac nocte: ⁊ patiẽtiã habebit ĩ illis? Dico vobis: qꝛ cito faciet vĩdictã illoꝝ. ¶ Dñica.xij. Offm̃.

Deus ĩ adiutoriũ meũ intẽde dñe ad adiuuãdũ me feſtina/ ꝯfũdãtur ⁊ reuereãtur ĩimici mei q̄ querũt aĩaȝ meã. Ps. Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcant: qui volunt michi mala. Oratio.

Omñs ſempiterne deus qui abũdãtia pietatis tue ⁊ merita ſupplicũ excedis ⁊ vota: effũde ſup nos miaȝ tuã: vt dimittas q̄ ꝯſcia metuit/ ⁊ adiicias qđ orõ nõ p̄ſumit. Per. Ad corinth. ij·iij.

Fratres Fiduciã talẽ habemus ꝑ xp̄ȝ ad deũ: nõ q̄ ſufficiẽtes ſimꝰ cogitare aliq̄d a nobis quaſi ex nobis/ ſꝫ ſufficiẽtia nr̄a ex deo ẽ. Qui ⁊ ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti: nõ littera/ ſꝫ ſpũ Littera enĩ occidit ſpũs aũt viuificat. Qđ ſi miniſtratio mortis litteris deformata ĩ lapidibꝰ fuit ĩ glia. ita vt nõ poſſent intẽdere filij iſrael in faciẽ moyſi ꝓpter gliam vultus eiꝰ q̄ euacuatur: quõ nõ magis miniſtratio ſpũs erit ĩ glia? Nã ſi miniſtratio dãnatiõis ĩ glia ẽ: multomagis abũdat miniſteriũ iuſticie in glia. Gr. Bñdicã dñm in omi tp̄e ſemꝑ laus eius in ore meo. V. In dño laudabitur aĩa mea: audiãt mãſueti ⁊ letentur.

Allã. V. Venite exultemꝰ dño iubilemꝰ deo ſalutari nr̄o. Alꝰ V. Preoccupemꝰ faciẽ eiꝰ ĩ ꝯfeſſiõe ⁊ in pſalmis iubilemꝰ ei. Iſti duo V. dñr ꝑ ebđ. alt̃nis vicibꝰ: ita tñ ꝙ V. Preoccupe. p̄mo dr̄ qñ ĩ fẽ. agiꝛ. Et ſi nulla fẽ. ꝑ ebđ. ad hoc vacauerit: tũc vltimꝰ V. eo anno oĩno p̄termittaꝛ. S. marcũ. vij. c.

In illo tp̄e. Exiens ieſus de finibus tyri: venit ꝑ ſydonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdũ ⁊ mutũ: ⁊ dep̄cabãꝛ eũ vt iponat illi manũ Et app̄hendẽs eũ de turba ſeorſũ: miſit digitos ſuos ĩ auriculas eiꝰ: ⁊ expuẽs tetigit linguã eiꝰ. Et ſuſpiciẽs in celũ. ingemuit ⁊ ait illi. Effeta: qđ ẽ adaperire. Et ſtati apte ſũt aures eiꝰ: ⁊ ſolutũ ẽ vĩculũ lingue eiꝰ/ ⁊ loq̄baꝛ recte. Et p̄cepit illis: ne cui dicerẽt. Quãto autẽ eis p̄cipiebat: tãtomagꝫ plꝰ p̄dicabãt/ ⁊ eo ãplꝰ ãmirabãꝛ dicentes. Bñ oĩa fecit: ⁊ ſurdos fecit audire ⁊ mutos loq̄. Offr. Precatꝰ eſt moyſes ĩ ꝯſpectu dei ſui ⁊ dixit. P̄catus eſt moyſes ĩ ꝯſpectu dei ſui ⁊ dixit. Q̄re dñe iraſceris ĩ pplõ tuo/ parce ire aĩe tue memẽto abrahã yſaac ⁊ iacob q̄bus iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel. ⁊ placatꝰ factꝰs ẽ dñs de malignitate quã dixit facere pplõ ſuo. Sẽ.

Reſpice q̄s dñe noſtrã propicius ſeruitutẽ: vt qđ offerimus ſit tibi munus acceptũ: ſitq̄ nr̄e fragilitatꝫ ſubſidiũ. Per. Cõio. De fructu operũ tuoꝝ dñe ſaciabiꝛ terra vt educas panẽ de terra ⁊ viuũ letificet cor hoīs/ vt exhilaret faciem in oleo ⁊ panis cor hoīs ꝯfirmet. Poſtcõio.

Sentiamus dñe q̄s tui perceptione ſacramēti ſubſidiū mētis ⁊ corporis: vt in vtroq; ſaluati: celeſtis remedij plenitudīe gloriemur. Per dn̄m. Feria quarta. Epyſtola. Ad corinthios. ij. iiij.

FRatres: Nō noſmetipſos predicamus: ſed ieſū xp̄m dn̄m noſtrū. Nos aūt ſeruos veſtros per ieſū. Qm̄ de⁹ qui dixit de tenebris lucē ſplēdeſcere ⁊ illuxit in cordibus nr̄is ad illuīationem ſcientie claritatis dei in faciē xp̄i ieſu. Habem⁹ aūt theſaurum iſtum in vaſis fictilib⁹ / vt ſublimitas ſit virtutis dei ⁊ nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: ſed non anguſtiamur. Aporiamur: ſed nō deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed nō derelinquimur. Humiliamur: ſed nō confūdimur. Deijcimur: ſed non perimus. Semp mortificationē ieſu xp̄i in corpore nr̄o circūferētes: vt ⁊ vita ieſu in corporibus nr̄is manifeſtet. S. matheū. xi.

IN illo tp̄e: Cepit ieſus exprobrare ciuitatibus in quibus facte ſunt plurime virtutes eius: qꝛ nō egiſſent penitentiam. Ve tibi corozaim: ve tibi bethſaida. Qꝛ ſi in tyro et ſydone facte eſſent virtutes q̄ facte ſunt in vobis: olim in cinere ⁊ cilicio penitentiā egiſſent. Verūtamen dico vobis: tyro ⁊ ſydoni remiſſi⁹ erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu capharnaū: nūquid vſq; in celū exaltaberis? Uſq; in infernū deſcēdes. Qꝛ ſi i ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: forte manſiſſent vſq; in hunc diem. Verūtamen dico vobis: qꝛ terre ſodomoꝝ remiſſius erit in die iudicij q̄ tibi. ¶ Dominica decimatercia. Ad miſſā. Officiū.

REſpice dn̄e i teſtamētum tuū: ⁊ aīas pauperū tuoꝝ ne derelinq̄s i finē: exurge dn̄e iudica cauſā tuā / ⁊ ne obliuiſcaris voces q̄rētiū te. Ps. Ut q̄d de⁹ repuliſti in finē: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tue. Or.

OMnip̄s ⁊ miſericors deus de cuius munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter ſeruiat: tribue nobis q̄s: vt ad p̄miſſiones tuas ſine offēſione curramus. y. Ad galathas. iij.

FRatres: Abrahe dicte ſunt p̄miſſiones: ⁊ ſemini ei⁹. Nō dicit et ſeminib⁹ quaſi i multis: ſed q̄ſi in vno et ſemini tuo qui eſt xp̄s. Hoc aūt dico teſtamētū ꝯfirmatū a deo: q̄ poſt quadringētos ⁊ triginta annos facta eſt: lex nō irritū facit ad euacuandā p̄miſſionē. Nā ſi ex lege eſſet hereditas: iā nō ex p̄miſſione. Abrahe aūt: per repromiſſionē donauit deus. Quid igit lex? Propter trāſgreſſionē poſita eſt: donec veniret ſemen cui promiſerat ordinata per āgelos in manu mediatoris. Mediator aūt vni⁹ nō eſt: de⁹ aūt vn⁹ eſt. Lex ergo aduerſus p̄miſſa dei? Abſit. Si eī data eſſet lex q̄ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sic cōcluſit ſcriptura oīa ſub pc̄ō: vt p̄miſſio ex fide ieſu xp̄i daretur credētib⁹. Gr. Reſpice dn̄e in teſtamētū tuū: et aīas paupeꝝ tuoꝝ ne obliuiſcaris in finē. V⁹. Exurge dn̄e ⁊ iudica cauſā tuā: memor eſto opprobrij ſeruoꝝ tuoꝝ. Alla. V⁹. Qm̄ deus magn⁹ dn̄s ⁊ rex magn⁹ ſup oēm terram. Secundum lucam. x. ca.

IN illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis Beati oculi qui vidēt que vos videtis. Dico enī vobis: ꝙ multi ꝓphete et reges voluerūt videre q̄ vos videtꝫ et nō viderūt. et audire que auditis et nō audierūt. Et ecce quidā legiſperitus ſurrexit tentās illū et dicēs Magiſter: q̄d faciēdo vitā eternā poſſidebo? At ille dixit ad eū. In lege q̄d ſcriptū ē? Quō legis? Ille rn̄dens dixit Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua. ⁊ ex oībus viribꝰ tuis / ⁊ ex oī mente tua. ⁊ ꝓximū tuū ſicut teipſū. Dixitq̄ illi. Recte rn̄diſti. Hoc fac: ⁊ viues. Ille aūt volens iuſtificare ſeipſū: dixit ad ieſū. Et q̄s eſt meꝰ ꝓximꝰ? Suſpiciēs aūt ieſꝰ: dixit Hō q̄dā deſcēdebat ab hierl'm in hierico: et incidit in latrones. Qui etiā deſpoliauerūt eū: ⁊ plagis īpoſitis abierūt ſemiuiuo relicto Accidit aūt vt ſacerdos quidā deſcenderet eadē via: ⁊ viſo illo ꝓteriuit. Similiter ⁊ leuita cū eſſet ſecus locū ⁊ videret eū: pertrāſijt. Samaritanꝰ aūt quidā iter faciēs / venit ſecus eū: ⁊ videns eū mis motus eſt. Et appropiās alligauit vulnera eiꝰ: infūdens oleū ⁊ vinū. Et īponens illū ī iumentū ſuū: duxit in ſtabulū ⁊ curā eius egit Et altera die protulit duos denarios: et dedit ſtabulario / et ait. Curā illiꝰ habe: ⁊ q̄dcūq̄ ſupererogaueris: ego cū rediero reddā tibi. Quis horꝝ triū videtr tibi ꝓximus fuiſſe illi q̄ incidit ī latrones? At ille dixit. Qui fecit miaꝫ ī illū. Et ait illi ieſꝰ Vade ⁊ tu fac ſimiliter. Offꝫ. In te ſperaui domīe dixi tu es deus meꝰ in manibus tuis tp̄a mea. Secꝫ.

HOſtias q̄s dn̄e propiciꝰ intende: quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dent honorē. Per dn̄m. Cōio. Panem de celo dediſti nobis dn̄e habentē oē delectamentū et oēm ſaporem ſuauitatis. Poſtcōio.

VIuificet nos dn̄e q̄s huius participatio ſancta myſterij: ⁊ pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dn̄m. Ep̄le.iiij. Ad theſſalonicen. i. ij.

FRatres: Memores eſtiſ laboꝝ noſtroꝝ et fatigationū nocte et die operantes ne quē veſtrū grauaremus. Predicauimus enī in vobis euāgelium dei Vos enī teſtes eſtis ⁊ deꝰ: q̄ ſctē et iuſte ⁊ ſine q̄rela vobis qui credidiſtis affuimꝰ ſicut ſcitis: qualiter vnūquēq̄ veſtrū tanq̄ pater filios ſuos deprecātes vos et ꝯſolantes teſtificati ſumus vt ābularetis digne deo qui vocauit vos in regnū ſuū ⁊ gloriā. Ideo et nos gr̄as agimus deo ſine intermiſſione q̄m cū accepiſſetis a nobis verbū auditꝰ dei accepiſtiſ illud nō vt verbū hoīm. ſed ſicut eſt vere verbū dei: qui operatur in vobis. Scd̄m matheum. xij. c.

IN illo tp̄e: Abeuntes phariſei cōſiliū faciebant aduerſus ieſū quomodo eū perderent. Ieſus aūt ſciens. receſſit inde Et ſecuti ſūt eū multi: ⁊ curauit eos oēs Et precepit eis ne manifeſtū eū facerent: vt adimpleretur q̄d dictū eſt per yſayā ꝓphetā dicentem. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus in quo bene ꝯplacuit anime mee. Ponā ſpiritum meū ſuper eū et iudiciū gētibus nunciabit. Non ꝯtendet neq̄ clamabit: neq̄ audiet aliquis ī plateis vocē eius. Arundinē quaſſa tam nõ ꝯfringet: et lignũ fumigans non extinguet/ donec eiiciat ad victoꝛiã iudiciũ. Et in nomine eius: gentes ſperabunt.

¶ Dñica. xiiii. Ad miſſã Officiũ

PRotectoꝛ noſter aſpice deꝰ ⁊ reſpice i faciẽ xp̄i tui: qꝛ melioꝛ ẽ dies vna in atriis tuis ſup milia. ℣. Quã dilecta tabernacl'a tua dñe virtutũ: ꝯcupiſcit et deficit aĩa mea i atria dñi. Oꝛ.

OMñps ſempiterne deus: da nobis fidei ſpei ⁊ caritatis augmentũ: ⁊ vt mereamur aſſeq̃ qđ ꝓmittis: fac nos amare quod p̄cipis. Ꝑ d. Ad galathas. v. c.

FRatres. Spiritu ãbulate: et deſideria carnis nõ ꝑficietis. Caro eñi cõcupiſcit aduerſus ſpm̃: ſpũs aũt aduerſus carnẽ. Hec eñi ſibi inuicẽ aduerſantur: vt nõ quecũq vultis illa faciatis. Qđ ſi ſpũ ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta aũt ſũt opera carnis: q̃ ſũt foꝛnicatio/ immundicia/ auaricia/ ĩpudicicia/ luxuria/ ydoloꝝ ſeruitꝰ/ veneficia/ imicicie/ ꝯtẽtiones/ emulationes/ ire/ rixe/ diſſenſiões/ ſecte/ inuidie/ homicidia/ ebꝛietates/ comeſſatiões/ ⁊ his ſimilia. Que p̄dico vobis: ſicut p̄dixi. Qm̃ qui talia agũt: regnũ dei nõ ꝯſequẽtur. Fructus aũt ſpũs eſt: caritas/ gaudiũ/ pax/ patiẽtia/ longanimitas bonitas/ bẽignitas/ mãſuetudo/ fides/ modeſtia/ ꝯtinẽtia/ caſtitas/ aduerſus hmõi nõ eſt lex. Qui aũt ſũt xp̄i carnẽ ſuã crucifixerũt: cũ viciis ⁊ ꝯcupiſcentiis. Gꝛ. Bonũ eſt ꝯfiteri dño: ⁊ pſallere noĩ tuo altiſſime. ℣. Ad annũciandũ mane miãm tuã et veritatẽ tuã ꝑ noctẽ. Allã. ℣. Confitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eiꝰ annũciate inter gẽtes opera eius. Sc̄d̄m lucã. xvii. ca.

IN illo tp̄e: Cũ iret ieſus in hierl'm trãſibat per mediã ſamariã ⁊ galileã. Et cũ igrederetur quoddã caſtellũ: occurrerũt ei decẽ viri lepꝛoſi. Qui ſteterũt alõge: ⁊ leuauerũt vocẽ ſuã dicẽtes. Jeſu p̄ceptoꝛ miſerere noſtri. Quos vt vidit: dixit. Ite: oſtendite vos ſacerdotibꝰ. Et factum eſt dum irent: mũdati ſunt. Unus aũt ex illis vt vidit quia mũdatus eſt: regreſſus eſt cũ magna voce magnificãs deũ. Et cecidit in faciẽ ante pedes eiꝰ: gratias agẽs. Et hic erat ſamaritanus. Reſpõdens aũt ieſus: dixit. Nõne decẽ mũdati ſũt. ⁊ nouem vbi ſũt? Nõ eſt inuẽtus q̃ rediret et daret gl'iaꝫ deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge ⁊ vade: qꝛ fides tua te ſaluũ fecit. Offꝫ. Immittit ãgelũ dñs i circuitu timẽtiũ eũ ⁊ eripiet eos guſtate et videte qm̃ ſuauis eſt dñs. Secꝫ.

PRopiciare dñe pplõ tuo ꝓpiciare muneribꝰ: vt hac oblatione placatꝰ ⁊ idulgẽtiã nobis tribuas: ⁊ poſtulata ꝯcedas. P. Cõio. Panis quẽ ego dedero caro mea eſt ꝓ ſeculi vita. Pꝰcõ.

SUmptis dñe celeſtibus ſacramẽtis: ad redẽptiõis eterne q̃s ꝓficiamus augmentũ. Ꝑ d.

¶ Fer. iiii. Ad coꝛinthios. ii. vi. c.

FRatres: Nolite iugũ ducere cũ infidelibus: ſed cũ fidelibꝰ. Que eñi participatio iuſticie cũ iniquitate aut que ſocietas luci ad tenebꝛas? Que autẽ conuentio chriſti ad belial? Aut que pars fideli cũ ĩfideli? Quis aũt conſenſus tẽplo dei cũ ydolis? Vos aũt eſtis tẽplũ dei viui ſicut dicit deus Qm̃ inhabitabo i illis ⁊ inãbulabo iter eos: ⁊ ero illoꝝ dñs/et ipſi erunt michi populus Propter qđ exite de medio eorum: et ſeparamini dicit dñs. Vos qui portatis vaſa dñi: et imũdũ ne tetigeritis. Et ego recipiã vos et ero vobis in patrẽ: et vos eritis michi in filios et filias/dicit dñs op̃s. Has igit̃ promiſſiones habẽtes cariſſimi: mũdemus nos ab oĩ inq̃namẽto carnis et ſpũs ꝑficiẽtes ſctificationẽ in timore dei. Scđm lucã. xij.

IN illo tꝑe: Ait ad ieſũ quidã de turba. Magiſter/dic fratri meo: vt diuidat mecũ hereditatẽ. At ille dixit ei. Hõ q̃s me ꝯſtituit iudicẽ aut diuiſorẽ ſupra vos? Dixitq; ad illos. Videte et cauete ab oĩ auaricia: qꝛ nõ i abũdãtia cuiuſq̃ vita ei⁹ eſt ex his q̃ poſſidet. Dixit aũt ſilitudinẽ ad illũ dicẽs. Hoĩs cuiuſdã diuitis vberes fruct⁹ ager attulit: ⁊ cogitabat itra ſe dicẽs Quid faciã q̃ nõ habeã quo ꝯgregẽ fruct⁹ meos? Et dixit. Hoc faciã. Deſtruã horrea mea et maiora faciã: et illuc cõgregabo oĩa q̃ nata ſũt michi/et bona mea/et dicã aĩe mee Aĩa habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce. comede bibe et epulare. Dixit aũt illi deus. Stulte/hac nocte aĩam tuam repetũt a te: q̃ aũtẽ paraſti cuius erũt? Sic eſt q̃ ſibi theſaurizat ⁊ nõ eſt in deo diues Dixitq; ad diſcipulos ſuos. Ideo dico vobis. Nolite ſolliciti eſſe aĩe vr̃e quid mãducetꝭ: neq; corpori veſtro qđ induamini. Aĩa plus eſt q̃ eſca: ⁊ corpus pluſq̃ veſtimẽtũ. Cõſiderate coruos qꝛ nõ ſeminant neq; metũt: quibus nõ eſt cellariũ neq; horreum/et deus paſcit illos.

¶ Dñica.xv. Ad miſſã. Officium

INclina dñe aurẽ tuã ad me ⁊ exaudi me ſaluũ fac ſeruũ tuũ de⁹ me⁹ ſꝑantẽ i te miſerẽ michi dñe q̃m ad te clamaui tota die. ℣ Letifica aĩam ſerui tui: q̃m ad te dñe aĩam meã leuaui. Or.

CUſtodi dñe q̃s eccl̃iam tuã ꝓpiciatione ꝑpetua: et qꝛ ſine te labit̃ hũana mortalitas: tuis ſemꝑ auxilijs ⁊ abſtrahat̃ a noxijs/⁊ ad ſalutaria dirigatur Per dñ. Ad galathas. vi. ca

FRatres: Si ſpũ viuimus: ſpũ et ãbulemus. Nõ efficiamur inanis gl̃ie cupidi: inuicẽ ꝓuocantes/inuicẽ inuidẽtes. Fr̃es/⁊ ſi preoccupat⁹ fuerit hõ in aliquo delicto vos q̃ ſpũales eſtis hmõi inſtruite in ſpũ lenitatꝭ Cõſiderãs teip̃m: ne ⁊ tu tẽteris. Alt̃ alteri⁹ onera portate: ⁊ ſic adiplebitꝭ legẽ xp̃i Nã ſi q̃s ſe exiſtimat aliq̃d eẽ cũ nichil ſit: ip̃e ſe ſeducit Op⁹ aũt ſuũ ꝓbet vnuſq̃ſq; et ſic in ſemetip̃o tm̃ gloriã hẽbit/et nõ in altero Unuſquiſq; enĩ: onus ſuũ portabit. Cõicet aũt is q̃ cathecizat̃ vbo: ei qui ſe cathecizat in oĩbus bonis. Nolite errare: de⁹ nõ irridet̃ Que enĩ ſeĩauerit hõ: hec et metet. Qm̃ q̃ ſeĩat i carne ſua: de carne et metet corruptionem Qui aũt ſeĩat in ſpũ: de ſpũ metet vitã et̃nã. Bonũ aũt faciẽtes nõ deficiam⁹: tꝑe ei ſuo metem⁹ nõ deficiẽtes. Ergo dũ tꝑs hẽm⁹ operemur bonũ ad oẽs Maxie aũt ad domeſticos fidei. Gr. Bonũ ē ꝯfidere i dño q̃ ꝯfidere in hoĩe. ℣ Bonũ eſt ſꝑare i dño q̃ ſꝑare in principibus. Allã. ℣. Paratũ cor meū deꝰ paratū cor meū cātabo ⁊ pſallā tibi ī gl'ia mā. S. math. vi.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dn̄is ſeruire. Aut eī vnū odio hēbit ⁊ alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū ꝯtēnet. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mām̄one. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis aīe veſtre qđ māducetis: neq; corpori veſtro qđ īduamini. Nōne aīa plꝰ ē q̄ eſca: ⁊ corpꝰ plus q̄ veſtimētū? Reſpicite volatilia celi: q̄m nō ſerūt neq; metūt neq; ꝯgregāt ī horrea: ⁊ pater vr̄ celeſtis paſcit illa. Nōne vos magis pluris eſtis illis? Quis aūt veſtrū cogitās poteſt adijcē ad ſtaturā ſuā cubitū vnū? Et de veſtimēto qđ ſolliciti eſtis? Cōſiderate lilia agri quō creſcūt: Nō laborāt neq; nēt. Dico autē vobis q̄m nec ſalomō in oī glia ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis. Si aūt fenū agri qđ hodie eſt et cras ī clibanū mittit deꝰ ſic veſtit: q̄to magis vos minime fidei? Nolite ergo ſolliciti eē dicētes: qđ māducabimꝰ aut qđ bibemus aut q̄ operiemur? Hec enī oīa gētes inq̄rūt. Scit enī pater vr̄: q2 his oībꝰ īdigetis. Querite ergo primū regnū dei ⁊ iuſticiā eiꝰ: ⁊ hec oīa adijciēt vobis. Offer. Expectans expectaui dn̄m et reſpexit me: et exaudiuit dep̄cationē meā et immiſit in os meū canticū nouū hymnū deo noſtro. Secreta.

Concede nobis dn̄e q̄s vt hec oblatio ſalutaris ⁊ nr̄orū fiat purgatio pctōꝝ ⁊ tue ꝓpiciatio pietatis. P. Cō. Qui māducat carnē meā ⁊ bibit ſāguinē meū: ī me manet ⁊ ego in eo dicit dn̄s.

Purificēt ſēp ⁊ muniāt tua ſacramēta nos deꝰ Poſtc. et ad ꝑpetue ducāt ſaluatiōis effectū. P. ¶ Fer. iiij. Ad thim. i. i. c.

Cariſſime: Scimus aūt q2 bona eſt lex: ſi qs ea legitime vtat. Sciētes hoc q2 iuſto nō eſt lex poſita: ſz iniuſtis ⁊ nō ſubditis / ipijs ⁊ pctōribus / ſceleratis et ꝯtaminatis parricidis ⁊ matricidis / homicidis / fornicarijs / maſculoꝝ ꝯcubitoribus / plagiarijs / mendacibus / ⁊ piuris. Et ſi qđ aliud ſane doctrine aduerſat. q̄ eſt ſcđm euāgeliū glorie bti dei qđ creditū eſt michi. Grās ago ei q̄ me ꝯfortauit in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o q2 fidelē me exiſtimauit ponēs ī miniſterio / q̄ p̄us fui blaſphemus ⁊ perſecutor ⁊ ꝯtumelioſus. Sz miām dei ꝯſecutus ſū: q2 ignorās feci in īcredulitate. Superabūdauit aūt grā dn̄i nr̄i cū fide et dilectiōe q̄ eſt in xp̄o ieſu: dn̄o noſtro. Scđm lucam. xx. ca.

IN illo tp̄e: Factū eſt in vna dierū docēte ieſu populū ī tēplo ⁊ euāgelizāte: ꝯuenerūt principes ſacerdotū ⁊ ſcribe cū ſenioribus / ⁊ aiūt dicētes ad illū. Dic nobis in qua poteſtate hec facis aut qs eſt qui dedit tibi hāc poteſtatē? Reſpōdens aūt ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū ſermonē: reſpōdete michi. Baptiſmus iohānis de celo erat / an ex hoībus? At illi cogitabant intra ſe dicētes. Q2 ſi dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidiſtis illi? Si autē dixerimꝰ ex hoībus: plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt enī iohannē prophetā eſſe. Et reſponderūt ſe neſcire vnde eſſet. Et ieſus ait illis. Neq; ego dico vobis: in q̄ poteſtate hec facio.

¶ Dn̄ica. xvi. Ad miſſā. Officiū.

Miſerere michi dñe qm̃ ad te clamaui tota die: qꝛ tu dñe ſuauis ac mitis es ⁊ copioſus ĩ mĩa oĩbꝰ ĩuocãtibꝰ te. Ps. Inclina dñe aurem tuã et exaudi me: quoniã inops et pauper ſũ ego. Oratio.

Eccleſiã tuã dñe q̃s miſeratio cõtinuata mũdet ⁊ muniat: et qꝛ ſine te nõ poteſt ſalua cõſiſtere: tuo ſẽp munere gubernetur. Per dñm. Ad epheſios. iij.

Fratres Obſecro vos ne deficiatis ĩ tribulationibꝰ meis ꝓ vobis: q̃ eſt glĩa vr̃a. Huiꝰ rei grã: flecto genua mea ad patrẽ dñi mei ieſu xp̄i: ex quo oĩs paternitas in celis et in t̃ra noiat̃. Ut det vobis ſcd̃m diuitias glĩe ſue virtutẽ corroborari per ſpm̃ eiꝰ in interiore hoĩe xp̄m habitare per fidẽ in cordibꝰ vr̃is. In caritate radicati ⁊ fũdati: vt poſſitis cõprehẽdere cũ oĩbꝰ ſc̃tis q̃ ſit latitudo/lõgitudo/et ſublimitas/et ꝓfũdũ. Scire etiã ſupeminẽtẽ ſciẽtie caritatẽ xp̄i: vt ĩpleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Ei aũt qui potẽs eſt oĩa facere ſupabũdãter q̃ꝫ petimus aut intelligimus: ſecũdũ virtutẽ que opat̃ in nobis Ipſi glĩa in eccl̃ia ⁊ in xp̄o ieſu: in oẽs gñationes ſcl̃i ſcloꝝ amẽ. Gr. Timebũt gẽtes nomen tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre glĩam tuã. V. Qm̃ edificauit dñs ſyon ⁊ videbit̃ in maieſtate ſua. Allã. V. Qui timẽt dñm ſperẽt ĩ eũ adiutor ⁊ ꝓtector eoꝝ eſt. S. lucã. vij.

In illo tp̄e Ibat ieſus ĩ ciuitatẽ q̃ vocat̃ naym: ⁊ ibant cũ eo diſcipuli eiꝰ/⁊ turba copioſa. Cũ aũt appropiquaret porte ciuitatis: ecce defũctus efferebat̃ filius vnicꝰ matris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quã cũ vidiſſet ieſus: mĩa motus ſup eã dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ⁊ tetigit loculũ. Hi aũt qui portabãt: ſteterunt. Et ait. Adoleſcẽs: tibi dico ſurge Et reſedit q̃ erat mortuꝰ et cepit loqui: ⁊ dedit illũ matri ſue. Accepit aũt oẽs timor: et magnificabant deũ dicẽtes Qꝛ ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: et qꝛ deꝰ viſitauit plebẽ ſuã. Offr. Dñe in auxiliũ meũ reſpice: cõfũdant̃ et reuereant̃ qui querũt aĩam meã Ut auferant eam. Secreta

Tua nos dñe q̃s ſacramẽta cuſtodiãt: ⁊ cõtra dyabolicos tueant̃ ſẽp ĩcurſus. P. Cõ. Dñe memorabor iuſticie tue ſoliꝰ: deꝰ docuiſti me a iuuẽtute mea/⁊ vſq; in ſenectã ⁊ ſeniũ deꝰ ne derelinquas me Pꝰcõ.

Mentes nr̃as ⁊ corpora poſſideat q̃s dñe doni celeſtis opatio: vt nõ nr̃ ſẽſus ĩ nobis/ſed iugit̃ eiꝰ ꝓueniat effectꝰ. Per. ¶ Fer. iiij. Ad coloſſenſes. ij.

Fratres: Uidete ne q̃s vos decipiat per philozophiã ⁊ inanẽ fallaciã ſcd̃m traditionẽ hoĩm: ſcd̃m elementa mũdi et nõ ſcd̃m xp̄m. Qꝛ in ip̄o habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. et eſtis in illo repleti qui eſt caput oĩs pricipatus ⁊ poteſtatis In quo et circũciſi eſtis circũciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis: ſed in circũciſione xp̄i Cõſepulti enĩ in baptiſmo: in quo et reſurrexiſtis per fidẽ opationis dei q̃ ſuſcitauit illũ a mortuis Et vos cũ eſſetis mortui in delictis ⁊ in ꝓputio carnis veſtre: ꝯuiuificauit cũ illo donãs nobis oĩa delicta. Per ieſũ xp̄m: dñm noſtrũ. Scd̃m marcũ. viij.

In illo tp̄e: Uenit ieſꝰ bethſaida: ⁊ adducūt ei cecū: et rogabāt eū vt illū tāgeret. Et apprehēdēs manū ceci: eduxit eū extra vicū. Et expuēs ĩ oclis eiꝰ ĩpoſitis manibꝰ ſuis īterrogauit eū ſi aliq̄d videret. Et aſpiciēs ait. Uideo hoīes velut arbores ābulātes. Deīde iterū īpoſuit manꝰ ſuꝑ oclōs eius ⁊ cepit videre / et reſtitutus eſt ita vt videret clare oīa. Et miſit illū in domū ſuā dicens. Uade in domū tuā: et ſi in vicū introieris / nemini dixeris.

¶ Dn̄ica. xviij. Ad miſſā Officiū.

Iuſtus es dn̄e ⁊ rectū iudiciū tuū: fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiā tuā. ℣. Beati īmaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Tua nos dn̄e q̄s grā ſemꝑ ⁊ p̄ueniat ⁊ ſequatur: ac bonis operibus iugiter p̄ſtet eſſe intentos. Per. Ad ephesios. iiij. c.

Fratres. Obſecro itaq; vos ego vinctus in dn̄o: vt digne ābuletis vocatiōe q̄ vocati eſtis cū oī hūilitate ⁊ māſuetudine / cū patiētia ſupportātes inuicem in caritate / ſolliciti ſeruare vnitatem ſp̄ūs in vinculo pacis. Unū corpus ⁊ vnꝰ ſp̄ūs: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Unꝰ dn̄s: vna fides / vnū baptiſma. Unus deꝰ ⁊ pater oīꝫ qui ſuper oēs / ⁊ per oīa / et in oībus nobis. Qui eſt bn̄dictus: in ſclā ſclōꝝ amē. Gr̄. Beata gens cuiꝰ eſt dn̄s deus eoꝝ pplūs quē elegit dn̄s in hereditatē ſibi. ℣. Uerbo dn̄i celi firmati ſūt ⁊ ſp̄ū oris eiꝰ oīs virtus eoꝝ. Allā. ℣. Dextera dn̄i fecit virtutē: dextā dn̄i exaltauit me. S̄. lucā. xiiij. c.

In illo tp̄e: Cū intraret ieſus in domū cuiuſdā prīcipis phariſeoꝝ ſabbato māducare panē ⁊ ipſi obſeruabāt eū. Et ecce homo quidā ydropicꝰ: erat ante illū. Et reſpondēs ieſus: dixit ad legiſperitos et phariſeos dicens. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerūt. Ipſe vero apprehenſū ſanauit eū: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos: dixit. Cuiꝰ veſtrū aſinus aut bos in puteū cadet: ⁊ non ꝯtinuo extrahet illū die ſabbati? Et non poterāt ad hec reſpondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā: intendēs quō primos accubitus eligerēt / dicēs ad illos. Cū īuitatus fueris ad nuptias: nō diſcūbas ĩ primo loco / ne forte honorator te ſit inuitatus ab illo. Et veniēs is q̄ te et illū vocauit: dicat tibi / Da huic locū. Et tūc incipias cū rubore nouiſſimū locū tenere. Sz cū vocatus fueris vade recūbe ĩ nouiſſimo loco: vt cū venerit q̄ te inuitauit dicat tibi. Amice aſcēde ſuperiꝰ. Tūc erit tibi glīa: corā ſimul diſcūbentibus. Qr̄ oīs q̄ ſe exaltat hūiliabit: ⁊ q̄ ſe hūiliat exaltabit. Offr̄. Oraui deū meum ego daniel dicēs: exaudi dn̄e p̄ces ſerui tui: illuīa faciem tuā ſuꝑ ſctuariū tuū: ⁊ ꝓpicius intēde pp̄lm̄ iſtū ſuꝑ quē inuocatū eſt nomen tuū deus. Secreta.

Munda nos q̄s dn̄e ſacrificij preſentis effectu ⁊ perfice miſeratus in nobis: vt eius mereamur eſſe participes. Per. Cōio. Uouete ⁊ reddite dn̄o deo veſtro oēs qui in circuitu eius affertis munera. terribili et ei q̄ aufert ſpiritū principū terribili apud oēs reges terre. Poſtcōio

Purifica dñe q̃s mentes noſtras benign⁹ et renoua celeſtibus ſacramẽtis: vt cõſequenter ⁊ corpoꝝ preſens pariter ⁊ futurũ capiamus auxiliũ. Per do.

¶ Feria.iiij. Epl'a. Si in vnius Euãge. Cũ veniſſet ieſ⁹ ⁊ diſci. Reqre i fer. iiij. poſt dñicã. xxiij. fol.cxv. ¶ Dñica.xviij. Officiũ.

Da pacẽ dñe ſuſtinẽtibus te vt ꝓphete tui fideles inueniant̃ exaudi p̃ces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrl'. Ps. Letat⁹ ſũ i his q̃ dicta ſũt michi: i domũ dñi ibim⁹

Da q̃s dñe populo tuo Or. dyabolica vitare cõtagia: et te ſolum deum pura mente ſectari. Per do. Ad corinthios. i.i.

Fratres Gr̃as ago deo meo ſẽp pro vobis: in grã dei q̃ data eſt vobis in xp̃o ieſu. Qr in oĩbus diuites facti eſtis i illo/in oĩ verbo ⁊ in oĩ ſciẽtia: ſicut teſtimoniũ xp̃i cõfirmatũ eſt in vobꝫ ita vt nichil vobis deſit in vlla grã expectãtib⁹ reuelationẽ dñi noſtri ieſu xp̃i. Qui et cõfirmabit vos vſq; in finem ſine crimine: in die aduentus domini noſtri ieſu xp̃i. Gr. Letatus ſũ in his q̃ dicta ſũt michi in domũ dñi ibim⁹. V. Fiat pax i virtute tua: ⁊ abũdãtia i turribus tuis. Allã. V. Letat⁹ ſũ in his q̃ dicta ſũt michi i domũ dñi ibim⁹. V. Stãtes erãt pedes noſtri in atrijs tuis hierl'm. Iſti duo V. dñr per ebdo. alternis vicib⁹: ita tñ q̃ V. Stãtes. primo dicit̃ qñ de feria agit̃. Et ſi nulla feria per hanc ebdo. ad hoc vacauerit/tunc vltimus V⁹. eo anno oĩno pretermittat̃. S.math. xxij.

In illo tp̃e: Acceſſerũt ad ieſum phariſei: et interrogauit eũ vnus ex eis legiſdoctor tẽtans eũ. Magiſter: q̃d eſt mãdatũ magnũ in lege? Ait illi ieſus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et in tota aĩa tua/et in tota mente tua. Hoc eſt maximũ et p̃mũ mãdatũ. Sc̃dm aũt: ſimile eſt huic. Diliges ꝓximũ tuũ: ſicut teipſũ In his duob⁹ mãdatꝫ: vniuerſa lex pẽdet ⁊ ꝓphete. Cõgregatis aũt phariſeis: iterrogauit eos ieſus dicẽs. Quid vobis videt̃ de xp̃o cui⁹ fili⁹ eſt? Dicũt ei. Dauid. Ait illis Quõ ergo dauid in ſp̃u vocat eũ dñm dicens? Dixit dñs dño meo/ſede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuoꝝ. Si ergo dauid vocat eũ dñm: quõ fili⁹ ei⁹ eſt? Et nemo poterat reſpõdere ei verbũ: neq; auſus fuit q̃ſq̃ ex illa die: eũ ampli⁹ iterrogare

Offr. Sãctificauit moyſes altare dño offerẽs ſup illud olocauſta/⁊ imolãs victimã fecit ſacrificiũ veſptinũ in odoꝛẽ ſuauitatis dño deo i ꝯſpectu filioꝝ iſrl'. Sec.

Maieſtatẽ tuã dñe ſupplicit̃ deprecamur: vt hec ſancta q̃ gerimus: et a preteritis delictis nos exuant/et futuris. P. Cõmunio. Tollite hoſtias ⁊ introite in atria ei⁹: adorate dñm in aula ſancta eius. Poſtcõ.

Sanctificationibus tuis oĩps deus/et vicia noſtra curentur: ⁊ remedia nobis eterna ꝓueniãt. P.

¶ Feria.iiij. Ad romanos. xv.

Fratres: Obſecro vos per dñm nr̃m ieſum xp̃m: ⁊ per caritatẽ ſancti ſp̃us: vt adiuuetꝫ me in orationibus vr̃is ad deũ/vt liberer ab infidelib⁹ qui ſunt in iudea et obſequiũ mei oblatio fiat accepta in hieroſolima ſanctis/vt veniã ad vos in gaudio per volũtatẽ dei vt refrigerer vobiscũ. Deꝰ aũt pacis: sit cũ oĩbꝰ vobis amen. S.matheũ xiij.ca.

IN illo tp̃e Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile factũ ẽ regnũ celoꝝ: grano sinapis Qd̃ accipiẽs hõ: seminauit ĩ agro suo qd̃ minimũ ẽ oĩbus seminibꝰ. Cũ aũt creuerit: maiꝰ est oĩbus oleribꝰ. Et fit arbor: ita vt volucres celi veniãt ꝛ habitẽt ĩ ramis eius. Aliã parabolã locutꝰ est eis. Simile est regnũ celoꝝ fermento: qd̃ acceptũ mulier abscõdit ĩ farie satꝫ tribꝰ donec fermẽtatũ ẽ totũ. Hec oĩa locutꝰ est iesꝰ ĩ parabolis ad turbas: ꝛ sine parabolis nõ loq̃bat eis/vt adimpleret qd̃ dictũ ẽ ꝑ prophetã dicẽtẽ Apiã ĩ parabolis os meũ: eructabo abscõdita a ꝯstitutiõe mũdi. ¶ Dñica.xix. Offm.

SAlus populi ego sũ dicit dñs: de quacũq꜄ tribulatiõe clamauerit ad me exaudiã eos: ꝛ ero illoꝝ dñs in perpetuũ. ps. Attendite popule meus legẽ meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

DIrigat corda nostra q̃s domine tue miseratiõis operatio: q2 tibi sine te placere non possumus. p. Ad ephesios iiij.c.

FRatres Renouamini spũ mẽtis vestre: ꝛ induite nouũ hoiem q̃ scd̃m deũ creatus est in iusticia ꝛ sctitate veritatꝫ. Propter qd̃ deponẽtes mẽdaciũ: loquimini veritatẽ vnusq̃sq꜄ cũ ꝓximo suo q̃m sumus ĩuicẽ mẽbra. Irascimini: et nolite peccare Sol nõ occidat sup iracũdiã vestrã. Nolite locũ dare dyabolo Qui furabat: iã nõ furet. Magis aũt laboret operãdo manibꝰ suis qd̃ bonũ ẽ: vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patiẽti. Gr. Dirigatur orõ mea sicut incẽsũ ĩ ꝯspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Allã. Vꝰ. Qui ꝯfidũt ĩ dño sicut mõs syon nõ ꝯmouebit ĩ eternũ q̃ habitat ĩ hierusalẽ. Scd̃m matheũ ix.ca.

IN illo tp̃e Ascẽdẽs iesus in nauiculã: transfretauit et venit in ciuitatẽ suã Et ecce offerebãt ei paraliticũ: iacentẽ in lecto. Videns iesus fidẽ illoꝝ: dixit paralitico. Cõfide fili: remittũtur tibi pctã tua. Et ecce q̃dã de scribꝫ: dixerũt ĩtra se Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eoꝝ: dixit. Vt q̃d cogitatis mala ĩ cordibꝰ vestris? Quid est facilius dicere remittũtur tibi pctã tua: an dicere surge ꝛ ambula? Vt aũt sciatis q2 filiꝰ hois habet potestatẽ ĩ terra dimittẽdi pctã: tunc ait paralitico. Surge ꝛ tolle lectũ tuũ ꝛ vade ĩ domũ tuã Et surrexit: ꝛ abijt in domũ suã Videntes aũt turbe: timuerũt. Et glificauerũt deũ q̃ dedit potestatẽ talẽ hoibꝰ. Offr. Si ãbulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe/ꝛ super irã inimicoꝝ meoꝝ extẽdes manũ tuã: ꝛ saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

DEus qui nos per huius sacrificij veneranda ꝯmercia vnius sũmeq꜄ diuinitatis participes efficis: p̃sta q̃s/vt sicut tuã cognoscimus veritatẽ: sic eã dignis mẽtibus ꝛ moribꝰ assequamur. Per. Cõio. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis: vtinã dirigantur vie mee ad custodiẽdas iustificationes tuas. Postcõia.

Gratias tibi referimus dn̄e ſacro munere vegetati tuā miam depꝛecātes: vt dignos nos eius participatione perficias. P.

¶ Fer.iiij. Ad theſſalonicēſes. ij.iij

Fratres: State ⁊ tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue per ſermonē/ſiue per epyſtolā noſtrā Ipſe aūt dn̄s noſter ieſus xp̄s et deus ⁊ pater noſter qui dilexit nos: ⁊ dedit ꝯſolationē eternā ⁊ ſpē bonā in gr̄a/cōſolet coꝛda veſtra ⁊ ꝯfirmet in oī opere ⁊ ſermone bono De cetero frēs oꝛate ꝓ nobis: vt ſermo dn̄i currat ⁊ clarificetur vbiq̄ ſicut et apud vos: et vt liberemur ab impoꝛtunis ⁊ malis hoībus. Non enī omniū eſt fides. Fidelis autē deus eſt qui confirmabit vos ⁊ cuſtodiet a malo. Confidimus aūt de vobis in dn̄o: qm̄ que pꝛecepimꝰ et facitis et facietis. Dominus autem dirigat coꝛda veſtra in caritate dei: et patientia chꝛiſti.

Secundum matheum. xiij. capt.

In illo tp̄e: Acceſſerūt ad ieſum diſcipuli eius: dicētes Ediſſere nobis parabolā zizaniorū agri? Qui rn̄dens: ait. Qui ſeminat bonū ſemen: eſt filiꝰ hominis. Ager aūt eſt mūdus. Bonum ſemen: hi ſūt filij regni. Zizania aūt: filij ſunt neq̄. Inimicus aūt qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vero: cōſūmatio ſeculi eſt. Meſſoꝛes autē: angeli dei ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania ⁊ igni cōburūtur: ſic erit in conſūmatiōe ſeculi. Mittet filius hoīs angelos ſuos: et colligēt de regno eius oīa ſcādala/et eos qui faciūt iniquitatē Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et ſtridoꝛ dentiū. Tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol: in regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiēdi: audiat.

¶ Dn̄ica.xx.offm̄.

Omnia q̄ feciſti nobis dn̄e in vero iudicio feciſti: qꝛ peccauimꝰ tibi et mādatꝭ tuis nō obediuimus/ſed da gloꝛiā noī tuo ⁊ fac nobiſcū ſcd̄m multitudinem mie tue. Ps. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in monte ſancto eius. Or.

Omp̄s et miſericoꝛs deꝰ vniuerſa nobis aduerſātia pꝛopiciatus exclude: vt mente ⁊ coꝛpoꝛe pariter expediti/que tua ſunt liberis mentibus exequamur Per dominū nr̄m. Ad epheſios. v. ca.

Fratres: Videte itaq̄ quō caute ambuletis Nō quaſi inſipientes: ſed quaſi ſapientes Redimētes tēpus: qm̄ dies mali ſūt. Propterea nolite fieri ipꝛudentes: ſed intelligentes que ſit volūtas dei. Et nolite inebꝛiari vino ĩ quo eſt luxuria: ſed implemini ſpū ſcō loquētes vobiſmetipſis in pſalmis/hymnis/⁊ canticis ſpiritalibꝰ/cātātes ⁊ pſallentes in coꝛdibus vr̄is dn̄o. Gr̄as agētes ſēꝑ pꝛo oībus: in noīe dn̄i noſtri ieſu xp̄i deo et patri. Subiecti inuicem: in timoꝛe xp̄i. Gr. Oculi oīm in te ſperāt dn̄e: et tu das illis eſcā in tp̄e opoꝛtuno. V. Aperis tu manū tuā: et imples oē aīal bn̄dictione. Allā. V. De pꝛofūdis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā Scd̄m math: xxij.

In illo tp̄e: Loquebatur ieſus cū diſcipulis ſuis in parabolis dicēs Simile factū eſt regnū celoꝝ homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſuos ſuos vocare inuitatos ad nuptias et nolebant venire. Iterũ miſit alios ſeruos: dicẽs. Dicite inuitatis. Ecce prandiũ meũ paraui tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt et oĩa parata / venite ad nuptias. Illi aũt neglexerũt Et abierunt alius in villã ſuã: alius vero in negociationẽ ſuã. Reliq̃ vero tenuerũt ſeruos eius: ⁊ ɔtumelijs affectos occiderũt. Rex aũt cum audiſſet iratꝰ eſt: et miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos / et ciuitatẽ illorum ſuccendit Tũc ait ſeruis ſuis. Nuptie q̃dẽ parate ſunt: ſed qui inuitati erãt nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ: et quoſcũq; inueneritis vocate ad nuptias Et egreſſi ſerui eius in vias: ɔgregauerũt oẽs quos inuenerũt bonos ⁊ malos / ⁊ ĩplete ſũt nuptie diſcũbẽtiũ Intrauit autẽ rex vt videret diſcũbẽtes: et vidit ibi hoĩem nõ veſtitũ veſte nuptiali / et ait illi. Amice / quõ huc intraſti nõ habẽs veſtẽ nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit rex miniſtris Ligatis manibꝰ eius ⁊ pedibꝰ mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et ſtridor dentiũ. Multi enĩ ſũt vocati: pauci vero electi.

Offr. Super flumina babilonis illic ſedimus et fleuimus dum recordaremur tui ſyon. Secreta.

Hec munera q̃s dñe q̃ oculis tue maieſtatis offerimꝰ: ſalutaria nobis eſſe ɔcede. P. Cõ. Memẽto vbi tui ſeruo tuo dñe ĩ quo michi ſpẽ dediſti: hec me ɔſolata eſt ĩ humilitate mea. Poſtcõio.

Tua nos dñe medicinalis operatio: et a noſtris peruerſitatibꝰ clemẽter expediat: et tuis ſẽp faciat inherere mãdatis. P.

¶ Feria.iiij. Ad tymotheũ.ij.ij.

Cariſſime: Confortare in gratia que data eſt tibi in chriſto ieſu: et que audiſti a me per multos teſtes. Hec cõmenda fidelibus hominibus qui ydonei erunt: et alios docere. Labora ſicut bonus miles xp̄i ieſu. Nemo militãs deo implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam et qui certat in agone: nõ coronabitᷣ niſi qui legitime certauerit. Laborantem agricolã oportet primũ de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit enĩ tibi dñs in omnibus intellectũ. Secundũ lucam. xiiij.

In illo tẽpore: Dicebat ieſꝰ cuidã principi phariſeorũ Cũ facis prandiũ aut cenã: noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos neq; cognatos neq; vicinos / neq; diuites ne forte ⁊ ipſi te reinuitent: ⁊ fiat tibi retributio. Sed cũ facis ɔuiuiũ: voca pauperes / debiles / claudos et cecos / et beatus eris q2 non habẽt retribuere tibi. Retribuetur enĩ tibi: in reſurrectione iuſtoꝝ. Hec cũ dixiſſet: quidã de ſimul diſcũbentibus / dixit illi. Beatus qui manducabit panẽ: in regno dei.

¶ Dñica.xxi. Ad miſſã. Officiũ.

In volũtate tua dñe vniuerſa ſũt poſita: ⁊ nõ eſt q̃ poſſit reſiſtere volũtati tue: tu eĩ feciſti oĩa celũ ⁊ terrã ⁊ vniuerſa q̃ celi ambitu cõtinentur dñs vniuerſoꝝ tu es. ps. Beati ĩmaculati in via: q̃ ambulãt in lege dñi. Or.

Largire q̃ſumus dñe fidelibus tuis indulgentiã placatus et pacem: vt pariter ab oĩbus mundentur offenſis: et ſecura tibi mente deſeruiant. Per d.

dñm noſtrũ. Ad epheſios. vi. ca.

FRatres: Confoꝛtamini in dño: et in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturã dei: vt poſſitis ſtare aduerſꝰ inſidias dyaboli. Qm̃ nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſãguinẽ: ſed aduerſus pꝛincipes & poteſtates/aduerſuz mundi rectoꝛes tenebꝛaꝝ harũ ꝯtra ſpũalia nequicie in celeſtibꝰ. Pꝛopterea accipite armaturã dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo & in oĩbꝰ perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lũbos vr̃os in veritate: et induti loꝛicã iuſticie/et calciati pedes in pꝛeparationẽ euãgelij pacis. In oĩbus ſumẽtes ſcutũ fidei: i quo poſſitis oĩa tela neq̃ſſimi ignea extinguere. Et galeã ſalutis aſſumite: et gladiũ ſpũs/qđ eſt verbũ dei. Gr. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione & pꝛogenie. V. Pꝛiuſq̃ mõtes fierent aut foꝛmaretur terra & oꝛbis: a ſclo et in ſeculum tu es deus. Allã. V. Lauda aĩa mea dñm laudabo dominũ i vita mea/pſallã deo meo q̃diu ero. Scḋm iohannem. iiij. c.

IN illo tẽpoꝛe: Erat quidã regulus: cuius filius infirmabatur capharnaũ. Hic cũ audiſſet qꝛ ieſus adueniret a iudea in galileã: abijt ad eũ & rogabat eũ vt deſcenderet & ſanaret filiũ eius. Incipiebat enĩ moꝛi. Dixit ergo ieſus ad eũ. Niſi ſigna & pꝛodigia videritis: nõ creditis. Dixit ad eũ regulus. Dñe/deſcẽde pꝛiuſq̃ moꝛiaꝛ filius meꝰ. Dixit ei ieſus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quẽ dixerat ei ieſus: et ibat. Iã autẽ eo deſcendente: ſerui occurrerũt ei et nũciauerũt dicentes: qꝛ filius eiꝰ viueret. Interrogabat ergo hoꝛã ab eis: in qua meliꝰ habuerit. Et dixerũt ei: quia heri hoꝛa ſeptima reliquit eũ febꝛis. Cognouit ergo pater quia illa hoꝛa erat: in qua dixit ei ieſus filius tuus viuit. Et credidit ipſe: & domus eius tota. Offẽ. Vir erat in terra noĩe iob ſimplex & rectus ac timẽs deũ quẽ ſathã petijt vt tẽtaret/& data eſt ei poteſtas a deo in facultates in carne eiꝰ: ꝑdidit q̃ꝫ oẽm ſubſtãtiã ipſiꝰ & filios carnẽ q̃ꝫ eiꝰ ſui vlcere vulnerauit.

CEleſtẽ nobis pꝛebeãt. Hec myſteria q̃s dñe medicinã: & vicia coꝛdis nr̃i expurgẽt. Per d̃. Cõio. In ſalutari tuo aĩa mea & i v̄bũ tuũ ſꝑauit: q̃ñ facies de pſequẽtibus me iudiciũ/iniqui perſecati ſũt me adiuua me domine deus meus. Poſtcõio.

VT ſacris dñe digni reddamur muneribus: fac nos q̃s tuis ſẽp obedire mãdatis. P.

Ofc. iiij. Ad theſſalonicẽſes. i. c.

FRatres: Scientes dilecti a deo electionẽ veſtrã: quia euangeliũ noſtrũ non fuit apud vos in ſermone tantũ: ſed in virtute et ſpũ ſancto & in plenitudine multa ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis ꝓpter vos. Et vos imitatoꝛes mei facti eſtis & dñi: excipiẽtes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio ſpũſſancti. Ita vt facti ſitis foꝛma oĩbus credentibus: in macedonia & in achaya. A vobis enim diffamatus eſt ſermo dñi non ſolum in macedonia et i achaia: ſed in omni loco fides veſtra que eſt ad deum pꝛofecta eſt ita vt non ſit nobis neceſſe qcq̃ loqui. Ipſi enĩ de nobis annũciant qualem introitũ habuerĩs.

mus ad vos et quomodo cōuerſi eſtis ad dn̄m a ſimulachꝛis ſeruire deo viuo et vero: ⁊ expectare filiū ei⁹ de celis. Quē ſuſcitauit ex moꝛtuis: ieſū chꝛiſtum dominum noſtrum. Scd̄m lucā. vi.

IN illo tēpoꝛe. Factū eſt vt intraret ieſus in ſynagogā et doceret: ⁊ erat ibi homo / ⁊ manus eius dextra erat arida. Obſeruabant autē ſcribe et phariſei ſi ſabbato curaret / vt inuenirēt vnde accuſarent illū. Ipſe vero ſciebat cogitationes eoꝝ: et ait homini qui habebat manū aridam. Surge: ⁊ ſta in medio. Et ſurgēs: ſtetit. Ait autē ad illos ieſus Interrogo vos ſi licet ſabbō benefacere an male: aīam ſaluā facere an perdere? Et circūſpectis oībus: dixit hoī. Extēde manū tuā. Et extēdit. Et reſtituta eſt man⁹ eius. Ipſi autem repleti ſunt inſipientia: et colloquebantur adinuicē quidnā facerēt de ieſu. ¶ Dn̄ica. xxij. Officium

SI iniquitates obſeruaueris dn̄e / domine quis ſuſtinebit: quia apud te pꝛopiciatio ē deus iſrael. Ps. De pꝛofūdis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi vocem meam. Gloꝛia. Oꝛatio.

FAmiliā tuā q̄s dn̄e ꝯtinua pietate cuſtodi vt a cūctis aduerſitatibus te pꝛotegente ſit libera: et in bonis actibꝫ tuo nomini ſit deuota. Per dominum noſtrū. Ad philippēſes. i. cap̄lo

FRatres Confidimus in domino ieſu: quia qui cepit ī vobis opus bonū: perficiet vſq; in diē xp̄i ieſu. Sicut enim ē michi iuſtū hoc ſentire pꝛo omnibꝫ vobis eo q̄ habeā vos in coꝛde ⁊ in vinculis meis: ⁊ in defenſiōe et cōfirmatione euāgelij ſocios gaudij mei oēs vos eſſe. Teſtis enim michi eſt deus quomodo cupiam vos oēs eſſe in viſceribus ieſu xp̄i. Et hoc oꝛo: vt caritas veſtra magis ac magis abūdet ī om̄i ſciētia ⁊ in oī ſenſu. Ut pꝛobetis potioꝛa: vt ſitis ſinceres ⁊ ſine offenſa ī diē xp̄i, repleti fructu iuſticie. Per ieſū xp̄m ī gl'iaꝫ et laudē dei. Gr. Ecce q̄ bonū et q̄ iocūdū habitare fratres ī vnū. V. Sicut vnguētum in capite qđ deſcēdit ī barbā barbā aarō. Alla. V. Mādauit dn̄s bn̄dictionēs vitā vſq; ī ſcl'm. Iſti duo. V. dn̄r alternis vicibꝫ p ebdo. quotiens de feria agit̄ ⁊ ſi nulla fe. p̄ hāc ebdō ad hoc vacauerit / tūc ij. V. oīno p̄termittāt. Allā. V. Qui ſanat cōtritos coꝛde: ⁊ alligat ꝯtritiones eoꝝ. Scd̄m matheū. xviij. c.

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Simile eſt regnum celoꝝ homini regi qui voluit rationē ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationem ponere: oblat⁹ eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet: iuſſit eū dominus eius venundari: ⁊ vxorem eius / ⁊ filios / et omnia que habebat / et reddi. Pꝛocidēs autem ſeruus ille: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddā tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eū: ⁊ debitū dimiſit ei. Egreſſus autē ſeruus ille: inuenit vnū de conſeruis ſuis qui debebat ei centū denarios / et tenens ſuffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et pꝛocidēs cōſeruus ei⁹ rogabat eũ dicẽs. Patientiã habe in me: ⁊ oía reddã tibi Ille autẽ noluit: ſed abijt ⁊ miſit eũ in carcerẽ donec redderet debitũ Uidẽtes aũt ꝯſerui eius q̃ fiebãt cõtriſtati ſunt valde: et venerũt et narrauerũt dño ſuo oía que facta fuerant. Tũc vocauit illum dñs ſuus: ⁊ ait illi. Serue neq̃: oẽ debitũ dimiſi tibi / quoniã rogaſti me. Nõne ergo opoꝛtuit et te miſereri ꝯſerui tui / ſicut et ego tui miſertus ſuꝫ? Et iratus dñs eius tradidit eũ toꝛtoꝛibus quoadusq; redderet vniuerſũ debitũ. Sic ⁊ pr̃ me⁹ celeſtis faciet vobis: ſi nõ remiſeritiſ vnuſq̃ſq; fratri ſuo: de coꝛdibus veſtris.

Offr. Recoꝛdare mei dñe oĩpotẽtatui dominans da ſermonem rectũ et beneſonantẽ in os meũ: vt placeant verba mea in cõſpectu pꝛincipum. Secreta.

SUſcipe dñe ꝓpici⁹ hoſtias q̇bus et te placari voluiſti et nobis ſalutẽ potẽti pietate reſtitui. P̄ d. Cõ. Dico vobis gaudiũ eſt ãgelis dei ſuꝑ vno peccatoꝛe penitentiã agẽte. Poſtcõio.

IMmoꝛtalitatis alimoniã conſecuti q̃s dñe: vt qḋ oꝛe ꝑcepimus pura mẽte ſectemur. P

¶ Feria.iiij. Ad romanos iij.ca

FRatres: Scimus q̃m quecunq; lex loquitur: his qui in lege ſunt loquitur / vt oĩe os obſtruatur et ſubditus fiat oĩs mũdus deo / q2 ex operibus legis non iuſtificabitur oĩs caro coꝛã illo. Per legẽ enĩ: cognitio pc̃ti. Nũc aũt ſine lege iuſticia dei manifeſta eſt: teſtificata a lege et ꝓphetis. Iuſticia aũt dei per fidẽ ieſu xp̃i in oẽs et ſuper oẽs qui credũt in eũ. Non enĩ eſt diſtinctio. Oẽs enĩ peccauerũt: et egẽt gloꝛia dei. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius per redẽptionẽ que eſt in xp̃o ieſu: quẽ ꝓpoſuit de⁹ propiciatoꝛẽ per fidẽ in ſanguine ipſi⁹ et oſtenſionẽ iuſticie ſue propter remiſſionẽ precedentiũ delictoꝝ in ſuſtentatione dei ad oſtenſionem iuſticie eius in hoc tempoꝛe. Ut ſit ipſe iuſtus et iuſtificans eum qui ex fide eſt ieſu chꝛiſti. Secundum marcum.xi.

IN illo tp̃e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amẽ dico vobis quia ſi quis dixerit huic monti tollere et mittere in mare ⁊ non heſitauerit in coꝛde ſuo: ſed crediderit q2 quodcũq; dixerit fiat / fiet ei. Propterea dico vobis. Oĩa quecũq; oꝛantes petitis: credite q̇a accipietis / ⁊ euenient vobis Et cũ ſtabitis ad oꝛandũ: dimittite ſi quid habetis aduerſ⁹ aliquẽ: vt et pater veſter qui in celis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi nõ dimiſeritis: nec pater veſter qui in celis eſt / dimittet vobis peccata veſtra.

¶ Dñica viceſima tercia. Offm

DIcit dñs ego cogito cogitationes pacis ⁊ nõ afflictionis / inuocabitiſ me ⁊ ego exaudiã vos ⁊ reducã captiuitatẽ veſtrã de cũctis locis. ps. Benedixiſti dñe terrã tuã: auertiſti captiuitatem iacob. Gloꝛia. Oratio.

DEus refugiũ noſtrũ ⁊ virtus adeſto pijs eccleſie tue precibus auctoꝛ ipſe pietatis / et preſta vt quod fideliter petim⁹ / efficaciter conſequamur. Per dominũ no. Ad philippenſes. iij.c.

FRatres: Imitatoꝛes mei eſtote ⁊ obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis foꝛmā nrām. Multi enī ambulāt q̄s ſepe dicebā vobis: nūc aūt et flēs dico īimicos crucis xp̄i. Quoꝝ finis interitus: quoꝝ deus vēter eſt: et glīa in cōfuſione eoꝝ q̄ terrena ſapiūt. Noſtra aūt cōuerſatio: in celis eſt. Unde etiā ſaluatoꝛē expectam⁹ dn̄m noſtrū ieſū xp̄m: qui refoꝛmabit coꝛpus humilitatis noſtre cōfiguratū coꝛpoꝛi claritatis ſue ſcd̄m operationē qua poſſit etiā ſubijcere ſibi oīa. In xp̄o ieſu: dn̄o noſtro.

Gr̄. Liberaſti nos dn̄e ex affligentibus nos et eos qui nos oderūt cōfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: et nōi tuo cōfitebimur in ſcl'a. Allā. ℣. Qui poſuit fines tuos pacē: ⁊ adipe frumēti ſatiat te. Secūdum matheū. xxij.

IN illo tp̄e: Abeūtes phariſei cōſiliū inierūt: vt caperent ieſū in ſermone. Et mittūt ei diſcipulos ſuos: cum herodianis dicentes. Magiſter ſcimus qꝛ verax es: et viā dei in veritate doces/ et nō eſt tibi cura de aliquo. Non enī reſpicis perſonam hoīm. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet cenſū dari ceſari/ an non? Cognita autē ieſus nequicia eoꝝ: ait. Quid me tētatis hypocrite? Oſtendite michi numiſma cenſus? At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis ieſus Cuius eſt ymago hec/ et ſuperſcriptio? Dicūt ei. Ceſaris. Tūc ait illis. Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo. Offertoriū. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi oꝛationem meam. Secreta.

SAcris nos dn̄e his ſeruitijs fac intētos: et vt ſine vlla tibi offēſionis macula famulemur quales eſſe percipis ipſe nos perfice Per dn̄. Cōio. Amen dico vobis quicq̄d oꝛātes petitis credite qꝛ accipietis et fiet vobis. Poſtco.

SUmpſimus dn̄e ſacri dona myſterij humiliter depꝛecātes: vt que in tui ꝯmemoꝛatione nos facere pꝛecepiſti: in noſtre ꝑficiant infirmitatis auxiliū. P.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v. ca.

FRatres Si enī in vni⁹ delicto moꝛs regnauit ꝑ vnū hoīem multomagis abundantiā gratie et donationis ⁊ iuſticie accipientes in vita regnabunt per vnū hominē ieſum xp̄m. Igitur ſicut per vnius delictū in omnes hoīes in cōdēnationē: ſic et per vnius iuſticiā in oēs hoīes in iuſtificationē vite. Sicut enim per inobedientiā vnius hoīs peccatores cōſtituti ſunt multi: ita ⁊ per vnius obedientiā iuſti conſtituūtur multi. Lex enim ſubintrauit: vt abundaret delictū. Ubi aūt abūdauit delictū: ſuperabūdauit et gratia. Ut ſicut regnauit peccatū in moꝛtē: ita ⁊ gratia regnet per iuſticiā in vitā eternā. Per ieſū xp̄m: dn̄m noſtrū. S. math xvij.

IN illo tp̄e: Cum veniſſet ieſus ⁊ diſcipuli eius capharnaum: acceſſerūt qui didꝛagma accipiebant ad petrum/ et dixerunt ei. Magiſter veſter non ſoluit didꝛagma? Ait. Etiam. Et cum intraſſet domum: pꝛeuenit eum ieſus dicens. Quid tibi videtur ſymon? Reges terre a quibus accipiūt tributū vel cenſum a filijs ſuis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ieſus Ergo liberi ſunt filij? Ut autem non ſcandalizemus eos vade ad

Similiter et ex piſcibus q̄ntū volebant. Ut aūt impleti ſūt: dixit diſcipulis ſuis Colligite q̄ ſuperauerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt ergo et ipleuerūt duodecim cophinos fragmētoꝝ: ex quiqꝫ panibus ordeaceis ⁊ duobus piſcibus/ q̄ ſuperfuerūt his qui manducauerāt. Illi ergo hoīes cū vidiſſent qđ fecerat ſignū: dicebant. Qꝛ hic eſt vere ꝓpheta: q̄ venturus eſt in mūdū. Offr̄. De profūdis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi orationē meā. Secreta.

Sacrificiū tibi dn̄e celebrandū placat⁹ intēde: qđ ⁊ nos a vicijs noſtre ꝯditiōis emūdet: ⁊ tuo noīe reddat acceptos. P. Cō. Amē dico vobꝫ q̄cq̄d orātes petitis credite qꝛ accipietꝫ ⁊ fiet vobꝫ P⁹cō.

Anime noſtre q̄s oīps deus diuino munere ſatiate hoc potiantur deſiderio: vt a tuo ſpū iſlāmati ante ꝯſpectū venietꝫ xp̄i filij tui velut clara luīaria fulgeam⁹. Qui te. c. ¶ Cū ꝓlixū fuerit tp̄s īt īceptionē hyſtorie Deꝰ oīz. ⁊ aduētū dn̄i. Offm̄ Dicit dn̄s. per tres dn̄icas cātet̄ vt̄s notatū eſt Cū vero breue fuerit tp̄s / ſemp ꝓxima dn̄ica āte aduētū q̄n de dn̄ica agitur cātet̄ Dicit dn̄s. cū orōe. Excita q̄s do. Epl̄a. Ecce dies veniūt. Euāg. Cū ſubleuaſſet. Si vero dn̄ica nō vacauerit: tūc ī fe. ꝑmo loco ꝑ ebd̄. cātet̄. Cetē vero do. q̄ remāſerint in ferialib⁹ dieb⁹ cātentur

¶ Feria. iiij. quattuor tēporum menſis decembris. Officium.

Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob ſumite pſalmum iocundū cū cythara: canite initiū menſis tuba qꝛ preceptū in iſrael eſt et iudiciū deo iacob. ℣. Teſtimoniū in ioſeph poſuit illud: cum exiret de terra egypti. nō dicit̄ vlteri⁹ Gl̄o ſine Dn̄s vo. ſed tm̄ cum Oremus.

Miſericordie tue remedijs q̄ſumus dn̄e fragilitas nr̄a ſubſiſtat: vt que ſua ꝯditione atterit̄: tua clemētia reparetur. P dn̄m. Lectio amos prophete. ix.

Hec dicit dn̄s: Ecce dies veniūt ⁊ ꝯprehendet arator meſſorē: et calcator vue mittētē ſemē. Et ſtillabūt mōtes dulcedinē: et oēs colles culti erūt. Et ꝯuertā captiuitatē p̄pli mei iſrl̄: et edificabūt ciuitates deſertas/ et habitabūt in eis Et plātabūt vineas: ⁊ bibēt vinū eaꝝ. Et facient ortos: ⁊ comedent fructus eoꝝ. Et plātabo eos ſup humū ſuā: et nō euellā eos vltra de terra ſua quam dedi eis. Dicit dn̄s oīps. Gr. Venite filij audite me: timorē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies vr̄e nō ꝯfūdētur. Nō repetat̄ gr. Hic dr̄ Dn̄s vo. et Oremus. Or.

Preſta q̄s dn̄e familie tue ſupplicanti: vt dū a cibis corporalib⁹ ſe abſtinēt: a vicijs quoqꝫ mente ieiunent. Per dn̄m Hic dicuntur memorie conſuete Lectio libri eſdre. ij. viij. capo.

In diebus illis: Congregatus omīs pplūs quaſi vir vnus ad plateā q̄ eſt āte portam aquaꝝ Et dixerūt eſdre ſcribe vt afferret librū legis moyſi quā p̄cepit dn̄s iſraeli. Attulit aūt eſdras ſacerdos librū corā multitudine viroꝝ ac mulieꝝ cūctiſqꝫ q̄ poterant intelligere: in die p̄ma menſis ſeptimi Et legit in eo aptē in platea que erat ante portā aquaꝝ a mane vſq; ad mediū diem: in conſpectu viroꝝ ac mulierū et ſapientiū. Et aures oīs populi: erant erecte ad librū. Stetit aūt eſdꝛas ſcriba ſuper gradū ligneū quē fecerat ad loquendū: ⁊ ſteterūt iuxta eū Et aperuit eſdꝛas librū coꝛā omī populo: ſuper vniuerſū quippe populū eminebat Et cū aperuiſſet eum: ſtetit oīs pplꝰs/ ⁊ bn̄dixit eſdꝛas dn̄o deo voce magna. Et reſpondit oīs populus: amen. Eleuantes aūt oēs populi manus ſuas: incuruati ſunt / et adoꝛauerunt deū pꝛoni in terrā. Poꝛro leuite ſilentiū faciebant in populo: ad audiendā legē. Populus aūt ſtabat: in gradu ſuo. Et legerūt in libꝛo legis dei diſtincte ⁊ aperte ad intelligendū: ⁊ intellexerunt cū legeretur. Dixit aūt neemias ſacerdos et eſdꝛas ſcriba et leuite: interpꝛetantes vniuerſo populo. Dies ſanctificatus eſt dn̄o deo noſtro: nolite lugere et nolite flere· Flebat eni oīs populus: cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite comedite pinguia ⁊ bibite mulſū: ⁊ mittite partes eis q̄ nō pꝛeparauerūt ſibi: q2 ſanctꝰ dies dn̄i eſt/ ⁊ nolite cōtriſtari. Gaudiū eni dn̄i eſt: foꝛtitudo veſtra. Grad. Quis ſicut dn̄s deus noſter q̄ in altis habitat ⁊ hūilia reſpicit i celo ⁊ i terra. ℣. Suſcitans a terra inopem: et de ſtercore erigens pauperē. Repetatur grad. Scd̄m marcū ix. capitulo.

In illo tēpoꝛe: Reſpōdens vnus de turba: dixit ad ieſum. Magiſter/ attuli filiū meū ad te habentē ſpiritū mutum: q̄ vbicūq; eū appꝛehenderit: allidit eū et ſpumat et ſtridet dentibus ⁊ areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerēt illun: ⁊ nō potuerunt. Qui reſpōdens eis: dixit O gn̄atio icredula q̄diu apd̄ vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eum. Et cū vidiſſet eū: ſtatim ſpiritus cōturbauit eum. Et eliſus i terrā: volutabat ſpumans. Et interrogauit ieſus: patrē eiꝰ Quātū tēpoꝛis ē / ex quo ei accidit? At ille ait. Ab infātia. Et frequēter eū in ignē ⁊ in aquā miſit: vt eū perderet. Sed ſi quid potes adiuua nos: miſertꝰ noſtri. Ieſus autem ait illi Si potes credere: oīa poſſibilia ſunt credēti. Et cōtinuo exclamans pater pueri: cū lachꝛimis aiebat. Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meā. Et cū videret ieſus cōcurrētem turbam: cōminatus eſt ſpiritui immūdo/ dicens illi. Surde et mute ſpūs: ego tibi pꝛecipio exi ab eo/ ⁊ amplius ne introeas in eū. Et clamans ⁊ multū diſcerpēs eū: exijt ab eo. Et factus eſt ſicut moꝛtuꝰ ita vt multi dicerent q2 moꝛtuꝰ eſt. Ieſus aūt tenēs manū eius eleuauit eū: ⁊ ſurrexit. Et cū introiſſet in domū: diſcipuli eiꝰ ſecreto interrogabāt eum. Quare nō potuimꝰ eijcere eū? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire niſi in oꝛatione ⁊ ieiunio. Offꝫ. Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi.

Secreta

Deus qui de his terre fructibus tua ſacramēta cōſtare voluiſti: pꝛeſta q̄s/ vt per hec opem nobis et pꝛeſentis vite conferas ⁊ eterne. Per. Cōio Comedite pinguia ⁊ bibite mulſū ⁊ mittite par tes eis q̃ nõ ꝑparauerũt ſibi ſctũs ei dies dñi ⁊ nolite ꝯtriſtari/gaudiũ etenī dñi eſt fortitudo veſtra

Sumẽtes dñe dona ce P⁹cõ. leſtia ſuppliciter deprecamur: vt que ſedula ſeruitute donante te gerimus: dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per.

¶ Fer. vi. quattuor tp̄m. Offm.

Letetur cor q̃rentiũ dñm querite dñm ⁊ cõfirmamini/q̃rite faciẽ ei⁹ ſẽꝑ. Ps. Cõfitemini dño et inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. Oratio

Preſta q̃s oṗs deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dominũ no. Lectio ozee ꝓphẽ xiiii.

Hec dicit dñs Cõuertere iſrael ad dñm deũ tuũ: qꝛ corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcũ verba ⁊ cõuertimini ad dñm: ⁊ dicite ei. Omẽ aufer iniquitatẽ et accipe bonũ: ⁊ reddemus vitulos labioꝝ nr̃oꝝ. Aſſur non ſaluabit nos Super equum non aſcendemus nec dicemus vltra: dñ̃ noſtri opera manuũ nr̃aꝝ/qꝛ ei⁹ qui in te eſt miſereberis ppl̃i. Sanabo cõtritiones eoꝝ: diligã eos ſpõtanee: qꝛ aduerſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros: et iſrael germinabit quaſi liliũ. Et erũpet radix eius: vt libani ibũt rami ei⁹ Et erit quaſi oliua glia eius: ⁊ odor eius vt libani. Cõuertentũ ſedẽtes in vmbra ei⁹ viuent tritico ⁊ germinabũt q̃ſi vinea. Memoriale eius: ſicut vinũ libani. Ego exaudiã ⁊ dirigã eũ: ego vt abietem virentẽ ex me fruct⁹ tuus inuẽtus eſt. Quis ſapiẽs et intelliget iſta /intelligẽs et ſciet hec? Qꝛ recte vie dñi: et iuſti ambulabũt in eis. Gr. Cõuertere dñe aliquãtulũ et deprecare ſuꝑ ſeruos tuos ꝟ Dñe refugiũ fact⁹ es nobis a gñatõe ⁊ ꝓgenie. Repetat gr. S. luc. vij.

In illo tp̄e: Rogabat ieſum quidã phariſeus: vt mãducaret cũ illo. Et ingreſſus domũ phariſei: diſcubuit. Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ ieſus accubuit in domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguẽti. Et ſtans retro ſecus pedes dñi: lachrymis cepit rigare pedes eius/⁊ capillis capitis ſui tergebat. Et oſculabat̃ pedes ei⁹ et vnguẽto vngebat Videns aũt phariſeus qui vocauerat eũ: ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet ꝓpheta: ſciret vtiq̃ q̃ ⁊ qualis eſt mulier que tangit eum/qꝛ peccatrix eſt. Et reſpõdens ieſus: dixit ad illũ. Symõ: habeo tibi aliq̃d dicere. At ille ait. Magiſter dic. Et reſpõdit ei ieſus. Duo debitores erãt cuidã feneratori. Vnus debebat denarios quĩgẽtos: ⁊ alt⁹ quiquaginta Non habẽtib⁹ illis vnde redderẽt: donauit vtriſq̃. Quis ergo eũ plus diligit? Reſpondens aũt ſymon: dixit. Eſtimo qꝛ his cui plus donauit At ille dixit ei Recte iudicaſti. Et cõuerſus ad mulierẽ: dixit ſymoni Vides hanc mulierẽ. Intraui in domũ tuã: aquã pedib⁹ meis nõ dediſti. Hec aũt lachrymis rigauit pedes meos: et capillis ſuis terſit. Oſculũ michi non dediſti: hec aũt ex quo intraui non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxiſti: hec aũt vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittẽtur ei pctā multa: qm̄ dilexit multū. Cui aūt minꝰ dimittit̄: minꝰ diligit. Dixit aūt ad illā dn̄s Remittuntur tibi pctā tua Et ceperunt qui ſimul diſcūbebant: dicere intra ſe. Quis eſt hic qui etiā peccata dimittit? Dixit aūt ad mulierē. Fides tua te ſaluā fecit: vade ī pace. Offꝫ. Bn̄dic aīa mea dn̄o ⁊ noli obliuiſci oēs retributiōes eiꝰ ⁊ renouabit̄ ſicut aq̄le iuuētꝰ tua

ACcepta tibi ſint dn̄e Secr. q̄s nr̄i dona ieiunij: q̄ expiādo nos tua grā dignos efficiāt: ⁊ ad ſempiterna ꝓmiſſa perducāt Per do. Cōio. Aufer a me oppꝛobꝛiū et contēptū qꝛ mandata tua exquiſiui dn̄e: nā ⁊ teſtionia tua meditatio mea eſt. Poſtco.

QUeſumus oīp̄s deus: vt de perceptis muneribꝰ grās exhibētes: bn̄ficia potioꝛa ſumamꝰ. P.

¶ Sabbato q̄ttuoꝛ tꝑm. Offm.

VEnite adoꝛemꝰ deū ⁊ ꝓcidamꝰ ante dn̄m: ploꝛemꝰ ante eū qui fecit nos: qꝛ ipſe eſt dn̄s deꝰ nr̄. Ps. Venite exultemus dn̄o: iubilemus deo ſalutari nr̄o Oēs oꝛōes p̄ter vltimā dicūt ſine Dn̄s vo. ſed tn̄ cū Oꝛemus. Or.

OMnip̄s ſempiterne deus qui per continentiā ſalutarē et coꝛpoꝛibus mederis ⁊ mentibus maieſtatē tuā ſuppliciter exoꝛamus: vt pia ieiunantiū depꝛecatione placatus: et pꝛeſentiū nobis ſubſidia pꝛebeas et futura. Per dn̄m noſtrū. Oēs lectiones cum ſuis titulis legantur. Diſcurrant lec. et grad. hincinde vt ſupꝛa in quatuoꝛ tꝑibus aduentus dn̄i. Lectio libꝛi leuitici. xxiij

IN diebus illis Locutus eſt dn̄s ad moyſem dicens. Decimo die menſis huius ſeptimi: dies expiationū erit celeberrimꝰ et vocabitur ſanctus. Affligetis q̄ aīas veſtras in eo: et offeretis olocauſtū dn̄o. Omne opus ſeruile nō facietis in tēpoꝛe diei huius: qꝛ dies ꝓpiciationis eſt vt ꝓpicietur vobis dn̄s deꝰ veſter. Oīs aīa que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis ſuis. Et que ꝑis quippiā fecerit: delebo eā de ppl'o ſuo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legitimū ſēpiternū erit vobis in cunctis generationibꝰ: ⁊ habitationibꝰ veſtris. Sabbatū requietionis eſt: affligetiſq̄ aīas veſtras. Die nono menſis a veſpere vſq̄ ad veſperū celebꝛabitis ſabbata veſtra. Dicit dn̄s: omp̄s. Gr. Pꝛopicius eſto dn̄e pc̄tis nr̄is: neq̄n dicant gentes vbi eſt deus eoꝛū? V. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄: et ꝓpter honoꝛē nōis tui dn̄e libera nos. Non repetat̄ gr. Or.

DA nobis q̄s oīpotēs deꝰ vt ieiunādo tua gratia ſatiemur: ⁊ abſtinēdo cunctis efficiamur hoſtibus foꝛtioꝛes. Per do. Lectio libꝛi leuitici. xxiij. caplo.

IN diebus illis: Locutus eſt dominꝰ ad moyſem dicens Quintodecimo die menſis ſeptimi: quando cōgregaueritis oēs fructus terre veſtre/celebꝛabitis ferias domini ſeptē diebus. Die pꝛimo et die octauo erit ſabbatū id eſt requies. Sumetiſq̄ vobis die pꝛimo fructus arboꝛis pulcherrime: ſpatulaſq̄ palmarum et ramos ligni denſarum frondium/et ſalices de toꝛrente/et letabimini coꝛam domino deo veſtro: celebꝛabitiſq̄ ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum.

Legitimū ſẽpiternū erit vobis: in generationibus vr̃is. Menſe ſeptimo feſta celebꝛabitis et habitabitis in vmbꝛaculis ſeptem dieb⁹. Ois qui de genere iſrael/ eſt manebit in tabernaculis: vt diſcāt poſteri veſtriq; in tabernaculis habitare fecerī filios iſrl̃/ cū educerem eos de terra egypti. Ego dn̄s deus veſter. Gr̃. Pꝛotectoꝛ nr̄ aſpice de⁹: ⁊ reſpice ſup̱ ſeruos tuos. ℣. Dn̄e de⁹ virtutū exaudi pꝛeces ſeruoꝝ tuoꝝ. Or̃.

Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus dño deo noſtro. Dignū et iuſtū eſt Vere dignū et iuſtū eſt equū et ſalutare Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias



agere. Dñe ſancte pater oĩpotens eterne deus ꝑ xp̃m dñm noſtrũ. Per quẽ maieſtatem tuam laudant angeli / adorant dominationes / tremunt poteſtates. Celi celorumqꝫ virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus et noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur ſupplici confeſſione dicentes.

Te igit̃ clemētiſſime pr̄ per ieſum chꝛiſtū filiū tuum dominū noſtrum ſupplices rogamus. coꝛpoꝛe inclinato donec dicat. **ac petimus** Hic erigens ſe ſacerdos oſculetur altare a dextris ſacrificii dicens **Vti accepta habeas et benedicas.** Hic faciat ſarecdos tres cruces ſuper calicem et panem dicendo. **Hec do✠na. Hec ✠ munera. Hec ✠ ſancta ſacrificia illibata.** Factis ſignaculis ſuper calicem: eleuet manus ſuas ita dicens.

In pꝛimis que tibi offerimus pꝛo eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare/ cuſtodire adunare /et regere digneris toto oꝛbe terraruꝫ vna cum famulo tuo papa noſtro. N et antiſtite noſtro N id eſt pꝛo pꝛopꝛio epyſcopo tantuꝫ. **et rege noſtro N** et dicuntur nominatim Sequatur **et omnibus oꝛthodoxis atqꝫ catholice et apoſtolice fidei cultoꝛibus.**

¶ Hic oꝛet pꝛo viuis.

Memēto domine famuloꝛum famularumqꝫ tuarum. N et. N. In qua oꝛatione oꝛdo debet attendi pꝛopter oꝛdinem caritatis. Quinquies oꝛat ſacerdos. Pꝛimo pꝛo ſeipſo. Secūdo pꝛo patre et matre carnali et ſpirituali et p aliis parentibꝫ. Tercio p amicis ſpecialibꝰ parrochianis et aliis Quarto pꝛo omnibꝫ aſſantibus Quinto pꝛo omni populo chꝛiſtiano: et poteſt hie ſacerdos omnes ſuos amicos deo commendare Conſulo tamen vt nullus ibidem nimis immoꝛetur: tum pꝛopter coꝛdis diſtractionem: tum pꝛopter immiſſiones que poſſunt fieri per āgelos malos: tum pꝛopter alia pericula. **Et omnium circūaſtantium quoꝛum tibi fides cōgnita eſt: et nota deuotio pꝛo quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis pꝛo**

ſe ſuiſqꝫ omnibus: pꝛo redēptione animarum ſuarum: pꝛo ſpe ſalutis et incolumitatis ſue: tibiqꝫ reddunt vota ſua eterno deo viuo ⁊ vero.

Communicātes ⁊ memoriam venerantes Jmpꝛimis glorioſe ſemperqꝫ virginis. Jnclinando parumper dicat. marie genitricis dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti. Sed et beatoꝛum apoſtoloꝛum ac martyꝛum tuoꝛum Petri Pauli Andꝛee Jacobi Johannis Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei Machei. Symonis et Thadei Lini. Cleti. Clemētis. Sixti. Coꝛnelii Cypꝛiani. Laurentii. Griſogoni. Johannis et Pauli Coſme ⁊ Damiani Et omnium ſāctoꝛum tuoꝛum quoꝛum meritis pꝛecibuſqꝫ concedas: vt in omnibus pꝛotectionis tue muniamur auxilio. Per eundem chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Hic ꝛeſpiciat ſarcedos hoſtiam cum magna veneratione dicendo ſic.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtre ſed et cuncte familie tue queſumus domine vt placatus accipias dieſqꝫ noſtros in tua pace diſponas: atqꝫ ab eterna damnatione nos eripi / et in electoꝛum tuoꝛum iubeas grege numerari. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Hic iterum reſpiciat hoſtiam ſic dicendo.

Quam oblationem tu deus omnipotens in omibus queſumus. Hic faciat tres cruces ſuper vtrumqꝫ cum dicat. Bene ✠ dictam: aſcri ✠ ptam: ra ✠ tam: rationabilem: acceptabilemqꝫ facere digneris vt nobis. Hic faciat crucem ſuper panem dicens. coꝛ ✠ pus. Hic ſuper calicem et ſan ✠ guis. Junctiſqꝫ manibus dicat. fiat dilectiſſimi filii tui domini noſtri ieſu chꝛiſti. Hic erigat ſacerdos manus et iungat: ⁊ poſt eā tergat digitos et eleuet hoſtiam ſic dicendo.

Qui pꝛidie q̄ͣ pateretur accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos ſuos **ad te deū patrē ſuū omnipotentem.** Hic inclinet ſe et poſtea eleuet paululum dicens. **tibi gratias agens bene ✠ dixit fregit.** Hic tangat hoſtiam dicens **deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc eſt enim corpus meum.** Et debent iſta verba pꝛoferri vno ſpiritu et vna pꝛolacione: nulla pauſatione interpoſita. Poſt hec verba inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiam et poſtea eleuet eam ſupꝛa frontem: vt poſſit a populo videri: et reuerenter illam reponat ante calicem in modum crucis per eandem facte. Et tunc diſcooperiat calicem et teneat inter manus ſuas non diſiungendo policem ab indice niſi dum facit benedictiones tantum ita dicens.

Simili modo poſtea q̄ͣ cenatum eſt accipiens et hunc pꝛeclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. item tibi. Hic inclinet ſe dicens. **gratias agens bene ✠ dixit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes.** Hic eleuet ſacerdos parumper calicem ita dicens **Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamenti myſterium fidei qui pꝛo vobis et pꝛo multis effundetur in remiſſionem peccatorum.** Hic eleuet calicem vſqꝫ ad pectus vel vltra caput dicens. **Hec quotienſcūqꝫ feceritis. in mei memoriam facietis.** ¶ Hic reponat calicem et fricet digitos ſuos vltra calicem pꝛopter micas et cooperiat calicem deinde eleuet brachia ſua in modum crucis iunctis digitis vſqꝫ ad hec verba **De tuis donis ac datis.**

Vnde et memoꝛes domine nos tui ſerui ſed et plebs tua ſancta eius-

dem chriſti filii tui dñi dei noſtri tam beate paſſionis: necnon et ab inferis reſurrectionis: ſed et in celos glorioſe aſcenſionis offerimus preclare maieſtati tue de tuis donis ac datis. Hic quinqꝫ cruces fiant: ſed tres prime cruces ſuper hoſtiā ⁊ calicem dicendo. hoſtiam pu✠ram hoſtiā ſan✠ctam hoſtiam imma✠culatā. Quarta ſuper panem tantum dicendo pa✠nem ſanctum vite eterne. Quinta ſuper calicem dicendo et ca✠licem ſalutis perpetue

Supra que propicio ac ſereno vultu reſpicere digneris et accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti abel et ſacrificium patriarche noſtri abrahe et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam. Hic ſacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat. Supplices te rogamus omnipotens deus. vſqꝫ ad hec verba. Ex hac altaris participatione. Et tunc erigat ſe deoſculās altare a dextris ſacrificii: et faciat ſignum crucis ſuper hoſtiam et calicem et in facie ſua cum dicit. omni benedictione celeſti.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus ſācti angeli tui i ſublime altare tuum in conſpectu divine maieſtatis tue vt quotquot. Hic erigens ſe oſculetur altare a dextris ſacrificii dicens ex hac altaris participatione ſacroſanctum filii tui. Hic faciat ſignum crucis ſuper hoſtiam dicens cor✠pus. Deinde ſuper calicem dicens et ſan✠guinem ſumpſerimus omni. Hic ſignet ſe in faciē dicens benedictione celeſti et gratia repleamur. Per eūdē xp̄m dominum noſtrum. Amen. Hic oret pro mortuis.

Memento etiam domine animarum

famuloꝛum famularumqꝫ tuarum N. et N. Qui nos pꝛeceſſerunt cum ſigno fidei et doꝛmiunt in ſomno pacis. Ipſis domine et omnibus in chꝛiſto quieſcentibus locum refrigerii lucis & pacis vt indulgeas depꝛecamur. Per eundem chꝛiſtum dominũ noſtrũ. Amen. Hic percutiat pectus ſuũ ſemel dices.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus partem aliquam et ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis & martyꝛibus. cum Johanne Stephano/ Machia/ Barnaba Ignacio/ Alexandꝛo/ Marcellino/ Petro/ Felicitate/ Perpetua/ Agatha/ Lucia/ Agnete/ Cecilia/ Anaſtaſia Et cũ omnibus ſanctis tuis. intra quoꝛum nos conſoꝛtium non eſtimatoꝛ meriti ſed venie queſumus largitoꝛ admitte. Per chꝛiſtum dominũ noſtrum. Non dicitur Amen. Per quem hec omnia domine ſemper bona creas. Hic ter ſignet calicem dicens ſancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis. et pꝛeſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem et faciat ſignaculũ crucis cum hoſtia quinquies/ pꝛimo vltra calicem ex vtraqꝫ parte: ſecundo calici equale: tercio infra calicem: quarto ſicut pꝛimo: quinto ante calicem. Per ip ✠ ſum: et cum ip ✠ ſo: et in ip ✠ ſo: eſt tibi deo patri omni ✠ potenti in vnitate ſpiritus ✠ ſancti omnis honoꝛ & gloꝛia. Hic cooperiat ſacerđ calicem et teneat man⁹ ſuas ſuper altare vſqꝫ dum dicit Pater noſter. ita dicens.


Per omia ſecula ſeculoꝛum. Amen. Oꝛemus.
Pꝛeceptis ſalutaribꝫ moniti


et diuina inſtitutione forma-
ti audemus dicere.

Hic accipiat dyaconus patenā eamꝙ a dextris ſacerdotis extē-ſo bꝛachio in altum vſꝙ **Da pꝛopicius**, diſcoopertam teneat. Hic eleuet ſacerdos man⁹ dicēs.


Pater noſter qui es in
celis ſāctificetur nomē tuum.
Adueniat regnū tuū. Fiat vo-
luntas tua ſicut in celo et in
terra. Panē noſtrū quotidianū
da nobis hodie. Et dimitte no-


bis debita noſtra: ſicut et nos
dimittimus debitoꝛibus nr̄is
Et ne nos inducas in tentationē.

Choꝛus dicat. **Sed libera nos a malo.** Sacerdos pꝛiuatim.

Libera nos q̄s dñe ab oībꝫ malis p̄teritis p̄ſentibus et futuris: et intercedēte btā et glīoſa ſp̄ꝙ virgine dei genitrice maria: et btīs aplīs tuis petro ⁊ paulo atꝙ andꝛea cū oībus ſctīs

Hic cōmittat dyacon⁹ patenā ſacerdoti deoſculās manū eius et ſace. deoſculet patenā p⁹ea pōat ad ſiniſtrū oculū. deīn ad dextꝝ p⁹ea faciat crucē cū patēa vltra caput ⁊ tūc rpōat eā i locū ſuū d.

Da pꝛopicius pacem in diebus noſtris vt ope miſericoꝛdie tue adiuti: et a pctō ſim⁹ ſemꝑ liberi: et ab oī ꝑturbatiōe ſecuri. Hic diſcooperiat calicē ⁊ ſumat coꝛp⁹ cū iclinatōe trāſponēs i cōcauitate calicis: retinēdo inter pollices ⁊ indices ⁊ frāgat in tres ptes pꝛima fractio dū dī. **Per eundē dn̄m nr̄m ieſū xp̄m filiū tuū.** Seda fractio **qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcī de⁹.** Hic teneat duas fracturas in ſiniſtra manu et tercia fracturam in dextra manu in ſūmitate calicis ita dicēs aperta voce.





PEr omnia ſeculorum. Chorꝰ rñđ. Amen. Hic faciat tres cruces infra calicem cũ tercia parte hoſtie dicẽdo





Pax domini ✠ ſit ſemper vo ✠ biſcum. Cho. rñđ. Et cum ſpũ tuo. Ad Agnus dei. dicendũ accedãt dyaconꝰ et ſubdyaconꝰ ad ſacerdotem vterq; a dextris dyaconus propior: ſubdyaconus remotior: et dicãt priuatim Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Agnꝰ dei qui tollis peccata mũdi: miſerere nobis. Agnus dei q̃ tollis peccata mundi: dona nobis pacem. In miſſis pro defunctis dicitur hoc modo Agnꝰ dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. cum hac additione in tercia repetitiõe ſempiternã. Hic cruce ſignando deponat dictam terciã partem hoſtie in ſacramẽtum ſanguinis ſic dicẽdo

HEc ſacro ✠ ſãcta commixtio corporis & ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti fiat mihi: omnibusq; ſumentibus ſalus mentis et corporis et ad vitam eternam promerendam et capeſcendã preparatio ſalutem Per eundẽ xpm dñm nrm. Amẽ.

Antequã pax detur dicat ſacerdos

DOmine ſancte pater omnipotens eterne deus: da michi hoc ſacroſanctum corpus et ſanguinem filij tui domini noſtri ieſu chriſti ita digne ſumere: vt merear per hoc remiſſionem omnium peccatorum meorum accipere: et tuo ſancto ſpiritu repleri: & pacem tuam habere: quia tu es deus ſolus et preter te non eſt alius cuius regnũ et imperium glorioſum ſine fine permanet in ſecula ſeculorũ. Amen. Hic oſculetur ſacerdos corporalia in dextera parte & ſũmitatem calicis: & poſtea dyaconũ dicẽs. Pax tibi et eccleſie dei Reſponſio Et cum ſpiritu tuo Dyaconus a dextris ſacerdotis ab eo pacẽ recipiat et ſubdyacono porrigat. Deinde ad gradus chori ipſe dyaconus pacẽ portet rectoribus chori: & ipſi pacẽ choro portene vterq; ſue parti incipiẽtes a maioribus. In feſtis vero et ferijs quãdo chorus nõ regit pax a dyacono choro apportatur per duos extremos de ſecunda forma: cetera ſicut prius Poſt pacem datam dicat ſacerdos orationes ſequentes priuatim anteq̃ ſe cõmunicet tenendo hoſtiam duabus manibus.

DEus pater fons et origo totius bonitatis: qui ductus miſericordia vnigenitũ tuum pro nobis ad infima mundi deſcendere et carnem ſumere voluiſti: quam ego idignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiã dicens

Te adoro te glorifico te tota mẽtis ac cordis intentione laudo/ et precor: vt nos famulos tuos non deſeras ſed peccata noſtra dimittas quatenꝰ tibi ſoli viuo ac vero deo puro corde et caſto corpore ſeruire valeamus. Per eũ chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Domine ieſu chriſte fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante ſpũ ſancto per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me queſo per hoc ſacroſanctum corpus et hunc ſanguinem tuum a cunctis iniquitatibꝰ meis et ab vniuerſis malis: et fac me tuis ſemꝑ obedire mãdatis et a te nunꝙ in ꝑpetuũ ſeparari permittas ſaluator mũdi. Qui cũ deo patre et eodẽ ſpiritu ſancto viuis et regnas deus Per oĩa ſecła ſeculorum. Amen.

Corporis et ſanguinis tui domine ieſu chriſte ſacramentũ qđ licet indignus accipio non ſit michi iudicio et condemnationi: ſ; tua proſit pietate corporis mei et anime ſaluti. Amẽ.

Ad corpus dicat cum humiliatione anteꝙ percipiat.

Aue in eternum ſanctiſſima caro chriſti: michi ante omnia et ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpus domini noſtri ieſu chriſti ſit mihi peccatori via et vita. In no ✠ mine patris: et filij: et ſpiritus ſancti Amen.

Hic ſumat corpus cruce priꝰ facta cum ipſo corpore ante os. Deinde ad ſanguinem cum magna deuotione dicens.

Aue in eternum celeſtis potus michi ante omnia et ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpus et ſanguis domini noſtri ieſu chriſti proſint michi peccatori ad remedium ſempiternum in vitam eternam Amẽ. In no ✠ mine patris: et filij: et ſpiritus ſancti amen. Hic ſumat ſanguinem quo ſumpto inclinet ſe ſacerdos et dicat orationem ſequentem.

Gratias tibi ago dñe ſancte pater omnipotẽs eterne deus: qui me refeciſti de ſacratiſſimo corpore et ſanguine filij tui domini noſtri ieſu chriſti et precor vt hoc ſacramentum ſalutis noſtre quod ſumpſi indignꝰ peccator non veniat michi ad iudicium neq; ad condemnationem ꝓ meritis meis: ſed ad profectum corporis mei et anime ſaluti in vitam eternam. Amen.

Qua dicta eat ſacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus: digitis adhuc coniũctis ſicut prius: et accedat ſubdyaconus et effundat in calicem vinum et reſinceret ſacerdos manꝰ ſuas ne aliquo reliquie corporis vel ſanguinis remaneat in digitis vel in calice. Cum vero aliquis ſacerdos debet bis celebrare in vno die: tunc ad primã miſſam nõ debet percipere ablutionẽ vllam: ſed ponere in ſacrario vel in vaſe mundo vſq; in finem alterius miſſe: et tunc ſumatur vtraq; ablutio. Poſt primã ablutionem dicitur hec oratio.

Quod ore ſumpſimus domine pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum. Hic lauet digitos in cõcauitate crucis cum vino infuſo a ſubdyacono: quo hauſto ſequatur oratio. Or.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celeſtis

remedijs faciat eſſe cōſortes [illegible]
Poſt perceptionē ablutionū ponat ſacerdos calicem ſuper patenam: vt ſi quid remāſerit in calice ſtillet: et poſtea inclinando ſe dicat orationem ſequentem.

Adoremus crucis ſignaculum per quod ſalutis ſumpſimus ſacramentum. [illegible]

Deinde lauet manus: dyaconꝰ interim corporalia complicet.

Ablutis manibus et redeunte ſacerdote ad dextrum cornu altaris: dyaconus calicem porrigat ori ſacerdotis ſi quid infuſionis in eo remanſerit reſumendum. Poſtea vero dicat cū ſuis miniſtris cōmunionē. Deīde facto ſigno crucis in facie: vertat ſe ſacerdos ad pplꝫ: eleuatiſq; aliq̄tulum brachijs et iunctis manibus dicat **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo.** Et iterū reuertēs ſe ad altare dicat **Oremus** Deinde dicat poſtcōmunionem iuxta numerum & ordinem antedictaꝝ orationū ante eplaꝫ Finita vltima poſtcōīōe: factoq; ſigno crucis in fronte: iterū vertat ſe ſacerdos ad populū et dicat. **Dominus vobiſcū.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo.** Deinde dyaconus. **Bñdicamus domino.** Alio vero tempore dicitur **Ite miſſa eſt.** Quotienſcūq; enī dr̄ **Ite miſſa eſt.** ſemꝑ dr̄ ad pplm cōuertēdo Et cum dici debeat **Bñdicamꝰ dño.** vel **Requieſcant in pace.** conuertendo ad altare dicitur. **Benedicamus domino.**




Benedica mus
do mino.
Benedica mus
do mino.
Benedicamus
do mino.
Benedica mus
domino.
Benedica mus domino.

¶ In feſtis triū lec. dicit̄ vnus iſtoꝝ cantuū: quandocūqꝫ dicitur in fine miſſe **Ite miſſa eſt.**


Ite miſſa eſt.
Ite miſſa eſt.
I te
miſ ſa eſt.
Ite miſſa eſt.

¶ In vigilia paſche ⁊ penthe. dicatur hic cātus **Ite miſſa eſt.**


Ite
miſſa eſt.

¶ Notandū eſt ꝙ quādocūqꝫ cātus iſtorum ſequētium: dicitur ſuper **Kyrie eleyſon.** Idem etiā cātꝰ ſequatur ſup **Ite miſſa eſt.** Pro diſpoſitione dyaconi.


Ite Deus creator.
miſſa eſt.
Ite Kyrie rex genitor.
miſſa eſt.
Ite Kyrie fons
bonitatis.
miſſa eſt.
Ite Kyrie omnipotens.
miſſa eſt.
Ite Kyrie rex
ſplendens.
miſſa eſt.
Ite Lux et origo.
miſſa eſt.
Ite
miſ ſa eſt.
Ite Conditor.
miſ ſa eſt.



Ite Oꝛbis factoꝛ miſſa eſt.

¶ In omnibus ferijs per annū et in vigilijs quattuoꝛ tempoꝛū exceptis vigilijs paſche et penthecoſtes / et in ebdomada penthecoſtes dicatur / ⁊ in miſſa Salus populi / de cruce et in omnibus feſtis trium lectionum ſine Te deum laudamus. in quibus dicitur noct. dicatur hic cantus.



Benedicamus domino.

¶ In omnibus miſſis pꝛo defūctis dicitur hic cantus.



Requieſcāt in pace. Amen.

¶ His dictis ſacerdos inclinato coꝛpoꝛe, iunctiſq; manibꝫ tacita voce coꝛam altari in medio dicat hanc oꝛationem. Oꝛatio

Placeat tibi ſancta trinitas obſequium ſeruitutis mee et pꝛeſta: vt hoc ſacrificium qđ oculis tue maieſtatis indignus obtuli tibi ſit acceptabile michiq; ⁊ oībꝫ ꝓ qbꝫ illud obtuli ſit te miſerante pꝛopiciabile. Qui viuis et regnas de⁹ Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē. Qua finita erigat ſe ſacerdos ſignās ſe ī facie ſua dicēs. In noīe patris. ⁊c̄. Et ſic inclinatiōe facta eo oꝛdine quo pꝛius acceſſerunt ad altare ī pꝛīcipio miſſe ſic induti cū ceroferarijs ⁊ ceteris miniſtris redeant. Et ſtati p⁹. Deo grās. incipiat ī choꝛo hoꝛa nona qū poſt miſſam dr̄. Sacerđ. vo in redeundo dicat euāgeliū. In pͥncipio erat vbū. cū vo ſacer. exuerit caſulā ⁊ alia indumēta ſacerdotalia: dicat hos ſubſcriptos cū an. Triū pueroꝝ. ps. Bñdicite ſacerđ. vſq; ad finē cātici. ps. Laudate dñm in ſctīs ei⁹: laudate eū in firmamēto virtutis ei⁹. tot⁹ ps. Nūc dimittis ſeruū tuum dñe: ſcđm verbū tuum in pace. cum. Gloꝛia patri ⁊ filio et. Sicut erat in pꝛincipio et nunc et ſemꝑ: et in ſcl̄a ſeculorum amen. Deinde dicitur tota an. Triū pueroꝝ cantem⁹ hymnum: queꝫ cantabant in camino ignis benedicentes dñm. Kyꝛie eleyſō. Chꝛiſte eleyſō. Kyꝛie eleyſon. Pater noſter. Et ne. Sed libera. Bñdicam⁹ patrē et filiū cū ſancto ſpiritu. Laudem⁹ et ſuperexaltemus eū ī ſecula. Bñdictus es dñe in firmamento celi. Et laudabilis et gloꝛioſus in ſecula. Benedicat et cuſtodiat nos trinitas ſctā. Amē. Nō intres in iudiciū cū ſeruo tuo dñe. Qꝛ nō iuſtificabit ī ꝯſpectu tuo oīs viuēs. Dñe de⁹ virtutū ꝯuerte nos. Et oſtende faciē tuā et ſalui erim⁹. Dñe exau. Et clamoꝛ. Dñs vobiſcū. Et cū ſ. tuo. Oꝛe⁹

Deus qui tribus pueris mitigaſti flamas ignium ꝯcede pꝛopici⁹: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorꝝ. Oꝛo.

Ure igne ſcī ſpiritus renes noſtros ⁊ coꝛ noſtrum dñe: vt tibi caſto coꝛpoꝛe ſeruiamus ⁊ mūdo coꝛde placeam⁹. Oꝛ.

Actiones noſtras queſum⁹ domine aſpirando pꝛeueni et adiuuando pꝛoſequere: vt cuncta noſtra oꝛ eratio a te ſemper incipiat et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes ſic **Per chꝛiſtum dominum noſtrum amen.** Et ſciendum eſt ꝙ in omni miſſa quando de feria dicitur: fiat ꝓſtratio a toto choꝛo ſtatim poſt **Sanctus.** vſqꝫ **Pax dñi.** per totum annum. niſi in paſcha vſqꝫ **Deus omnium.**

¶ Notandũ eſt ꝙ a **Domine ne in ira.** vſqꝫ ad cenã domini: et a **Deus omnium.** vſqꝫ ad vigiliã natiuitatis domini dicũtur iſte pꝛeces ſequentes ad miſſam tantum in ferijs et feſtis trium lectionum ſine regimine choꝛi: et in octa. et infra quando choꝛus nõ regitur. Et dicuntur poſt **Per omnia ſecula ſeculoꝛum.** et **Pater noſter.** inter **Per oĩa ſecula ſeculoꝝ.** ꝛ. **Pax dñi** ſacerdote ſic dicẽte. **Per omnia ſecula ſcloꝝ.** et choꝛo reſpõdente. **Amen.** Statim incipiat choꝛus pꝛeces in ꝓſtratione hoc modo. Pſalmus.

Deus venerunt gentes ĩ hereditatẽ tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerũt hieruſalẽ ĩ pomoꝛũ cuſtodiã.

Poſuerũt moꝛticina ſeruoꝛũ tuoꝛum eſcas volatilibus celi: carnes ſctõꝝ tuoꝝ beſtijs terre.

Effuderunt ſanguinem eoꝛum tanq̃ aquã in circuitu hieruſalẽ et nõ erat qui ſepeliret.

Facti ſumus oppꝛobꝛiũ vicinis noſtris: ſubſannatio et illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

Vſqꝫquo dñe iraſceris in finẽ accẽdetur velut ignis zelus tuꝰ.

Effunde iram tuam in gentes que te non nouerũt: ⁊ in regna q̃ nomẽ tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt iacob et locũ eius deſolauerunt.

Ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipẽt nos miſericoꝛdie tue quia pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gliam nominis tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpiciꝰ eſto pc̃tis noſtris pꝛopter nomen tuum

Ne foꝛte dicãt in gẽtibꝰ vbi eſt deus eoꝝ: et innoteſcat in nationibus coꝛam oculis noſtris.

Vltio ſanguinis ſeruoꝝ tuoꝝ qui effuſus eſt: introeat in cõſpectu tuo gemitus compeditoꝛum

Secunduꝫ magnitudinẽ bꝛachij tui poſſide filios moꝛtificatoꝛũ

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eoꝛum: impꝛoperium ipſoꝛũ quod expꝛobꝛauerũt tibi domine.

Nos aũt populus tuꝰ ⁊ oues paſcue tue: cõfitebimur tibi ĩ ſclm

In generatione et generatõeꝫ annunciabimus laudem tuam.

Glia patri ⁊ filio et ſpiritui ſctõ

Sicut erat ĩ pꝛĩcipio ⁊ nũc et ſemper et in ſecula ſeculoꝛum Amen

Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuã ĩ oĩbus gẽtibꝫ ſalutare tuũ

Confiteãtur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes: quoniã iudicas populos in equitate et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus confiteãtur tibi populi omnes terra dedit fructum ſuum

Benedicat nos deus deꝰ noſter benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre

Glia patris filio et ſpiritui ſctõ

Sicut erat in principio et nũc et ſemp̃: et ĩ ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Domine in virtute tua letabitur rex et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Deſiderium cordis eius tribuiſti ei et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniã preueniſti eũ ĩ benedictionibus dulcedinis: poſuiſti ĩ capite eiꝰ coronã de lapide p̃cioſo

Vitam petijt a te et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculũ et in ſeculum ſeculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: letificabiꝫ eũ in gaudio cũ vultu tuo

Quoniam rex ſperat in domino: et in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui dominus in ira ſua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes et ſemen eorum a filijs hominũ

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt cõſilia que non potuerunt ſtabilire.

Quoniam pones eos dorſũ: in reliquijs tuis p̃parabis vultũ eoꝝ.

Exaltare dñe in virtute tua: cãtabimꝰ et pſallemꝰ virtutes tuas

Glia patri et filio et ſpiritui ſcõ

Sicut erat in principio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum. Amen an. Tua eſt potentia tuum regnum domine tu es ſuper omnes gentes da pacem domine in diebus noſtris. Kyrie eleyſõ. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et hec omnia dicantur ſine nota tam a clericis ĩ choro q̃ a ſacerdote cum ſuis miniſtris. Deinde dicat ſacerdos cum nota Et ne nos Sed libera

Exurgat deus et diſſipentur inimici eius. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Non nobis dñe nõ nobis. Sed nomini tuo da gloriam. Oremus pro afflictis et captiuis. Libera deus iſrael ex omnibus tribulationibꝰ eoꝝ. Mitte eis dñe auxilium de ſctõ. Et de ſyon tuere eos. Eſto ei domine turris fortitudinis A facie inimici. Domine ſaluum fac regem. Et exaudi nos ĩ die qua inuocauerimꝰ te Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo Oremus Or.

Deus qui admirabili prouidentia cuncta diſponis te ſupppliciter exoramꝰ vt terrã quã vnigenitꝰ filiꝰ tuꝰ p̃prio ſanguine ꝯſecrauit de manibꝫ inimicoꝝ crucis xp̃i eripiẽs reſtituas cultui xp̃iano vota fideliũ ad eiꝰ liberationẽ inſtantiũ miſericorditer dirigẽdo ĩ viã pacis eterne

Rege queſumus dñe famulũ tuum põtificẽ nr̃m et intercedente beata dei genitrice ſemp̃q; virgine maria cũ oĩbꝫ ſãctis tuis gratie tue ĩ eo dona multiplica vt ab oĩbꝫ liberet offẽſis et tp̃alibꝫ nõ deſtituat auxilijs: et ſẽpiternis gaudeat inſtitutis. Or.

Da queſumus omnipotens deus famulo tuo regi noſtro ſalutem mentis et corporis.

vt bonis operibus inherēdo tue ſemper virtutis mereamur ꝓtectione defendi. Per chriſtū dn̄m Sequat̄ Pax dn̄i ſit ſemꝑ ſecreta

¶ Incipiūt cautele ſeruande q̄d agēdum ſit circa defectus vel caſus qui oriri poſſunt in miſſa: et preſertim circa conſecrationem euchariſtie. Primo quid ſit agēdum cum ſacerdos deficit.

SI ſacerdos deficiat ſiue moriatur ante canonem non eſt neceſſe vt alius miſſam compleat. Si tamen alius vult celebrare debet ab initio miſſam reincipere: et totum rite peragere

Si aūt in canone deficiat factis iā aliquibus ſignis: tamen ante trāſſubſtantiationē & cōſecrationem ſacramēti: tunc alius ſacerdos ab illo loco vbi ille dimiſit debet reincipere: et tantū illud ſupplere quod obmiſſum eſt

Si autem ſacerdos in actu cōſecrationis deficiat verbis aliquibus iam in parte prolatis ſed in toto non completis: ſecundum innocentium: alius ſacerdos. debet incipere ab illo loco. Qui pridie q̄ pateretur

Si tamen ſacerdos deficiat conſecrato corpore ſed non ſanguīe alius ſacerdos cōpleat conſecrationem ſanguinis incipiens ab illo loco. Simili modo ſi cōſecrato corpore percipiat vinum non eſſe in calice: debet hoſtia munde reponi in corporali: et calice rite preparato incipiat ab illo loco. Simili modo.

Si ante conſecrationē ſanguīs percipiat aquā nō eē ī calice: debet ſtatim apponere et cōficere.

Si autem poſt conſecrationem ſanguinis percipiat ꝙ aqua deſit in calice debet nichilominꝰ ꝓcedere: nec debet miſcere aquam cum ſanguine: quia pro parte ſequeretur corruptio ſacramenti: debꝫ tn̄ ſacerdos dolere et puniri

Si poſt conſecrationem ſanguinis percipiat ꝙ vinum nō fuerit poſitū: ſed aqua tn̄ in calice ſiquidē hoc percipit ante ſumptionē corporis debet aquā deponē et imponere vinum cū aqua & reſumere conſecrationem ſanguinis ab illo loco. Simili modo.

Si percipiat hoc poſt ſumptionem corporis debet apponere de nouo aliam hoſtiam iterum cum ſanguine conſecrandam ſecūdū doctores in ſacra pagina: debet autem reſumere verba conſecrationis ab illo loco. Qui pridie: in fine autem iterum debet ſumere hoſtiam illam vltimo conſecratam: non obſtante ſi prius ſumpſit aquam et etiam illum ſanguinem. Innocentius tamē dicit ꝙ ſi ex prolōgatiōe ſacerdos timet ſcandalum ꝙ ſufficiūt tantum illa verba per que cōſecrat̄ ſanguis ſcilicet. Simili modo: et ſic ſumere ſanguinē.

Quid autem faciet cum aquā ſumpto corpore iam habet ī ore et iam primo ſentit ꝙ ſit aqua: vtrum debeat eam deglutire vel emittere. Require in ſumma hoſt. in titu. de cele. miſſa Tutius tn̄ eſt eā deglutire quā emittere et hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

Item ſi ſacerdos poſt conſecrationem recordetur ſe non eſſe ieiunum vel commiſiſſe aliquod peccatum vel eſſe excommunicatū: debet nichilominus procedē cum pꝛopoſito ſatiſfaciēdi et abſolutionem impetrandi.

Si autem ante cōſecrationē recoꝛdetur pꝛedictoꝛum tutius eſt miſſam inceptam deſerere. ⁊ abſolutionē petere: niſi inde graue ſcandalum oꝛiatur.

Item ſi muſca vel aranea vel aliquid taliū ante cōſecrationē in calicem ceciderit vel etiam venenū immiſſū foꝛe depꝛehenderit: vinū debet effundi quod eſt in calice ⁊ abluto calice aliud vinum cum aqua poni ad cōſecrādum. Sed ſi aliquod hoꝛū poſt conſecrationem acciderit debet muſca vel aranea vel aliquid talium caute capi et diligenter inter digitos pluries lauari: ⁊ vermis cōburi. et ablutio cū cineribus cōbuſtis in ſacrario reponi Venenū autem nullomodo debet ſumi ſed cum reliquijs debet ſanguis talis cui venenum eſt immiſſum in vaſculo mundo cōſeruari. Et ne ſacramētum maneat imperfectum: debet calicē denuo rite pꝛeparare et reſumere cōſecrationem ſanguinis ab iſto loco Simili modo. Et nota ꝙ ſecūdum doctoꝛes nichil absminabile ſumi debet occaſione huius ſacramenti.

Item ſi ſacerdos non recolit ſe dixiſſe aliquod hoꝝ que debuit dicere: non debet mente turbari: non enim qui multa dicit ſemper recolit que dixit. Etiam ſi ſibi pꝛo certo conſtat: ꝙ aliqua obmiſerit ſi talia nō ſunt de neceſſitate ſacramēti. ſicut ſunt ſecrete vel aliqua verba canonis vltra pꝛocedat nec aliquid reſumat. Si tamē pꝛobabiliter ſibi cōſtat ꝙ obmiſit aliquid: qḋ ſit de neceſſitate ſacramēti ſicut foꝛma verboꝝ per quam conſecrat̄: omnia verba conſecrationis ſuper ſuam materiam reſumere debet quia conſecratio facta non eſſet: quod tamē non opoꝛtet ſi pꝛetermiſſa eſſet. Coniūctio enī vel alia v̄ba ꝗ̄ p̄cedūt vel ſequūt̄ foꝛmā nō ſūt de ipſius ſubſtātia.

Si autem ſacerdos dubitaret an aliquod verbum pertinens ad ſubſtantiā foꝛme obmiſiſſet vel non nullaten⁹ debet ſeruare foꝛmam conditionalem: ſed ſine temeraria aſſertione foꝛmā totā ſuper ſuā pꝛopꝛiā materiā debet reſumere: cum hac intentione ꝙ ſi cōſecratio eſſet factā nullomō voluiſſet cōſecraſſe ſed ſi conſecratio non eſſet facta vellet coꝛpus et ſanguinem conſecrare.

Item ſi quis tempoꝛe conſecrationis ab actuali intētione et deuotione diſtractus fuerit: nichilominus cōſecrat dūmodo intētio habitualis in eo remāſerit: ſummo ſacerdote ſcilicet chꝛiſto ſupplente eius defectum.

Si autem per nimiā diſtractionē habitualis intentio cū actuali tolleretur videt̄ ꝙ deberet verba cōſecrationis cū actuali intētione reſumere ſic tamen ꝙ nollet ꝯſecrare ſi ꝯſecratio facta eēt

Item ſi hoſtia conſecrata pꝛopter frigus vel alia de cauſa labitur ſacerdoti in calicē ſiue ante diuiſionē hoſtie ſiue poſt non debet eam de ſanguine extrahere nec aliquid pꝛopter hoc reiterare vel immutare circa celebꝛationem ſacramēti: ſed pꝛocedat in ſignis et in alijs ac ſi haberet eam in manibus.

Si euchariſtia ad terram cecide

cit: locus vbi iacuit radatur et incineretur per ignem et cinis iuxta altare recondatur

Item ſi per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit ſuper tabulam que terre adheret: ſtilla per ſacerdotem cum lingua lambatur ⁊ locus tabule radatur ⁊ raſura igni comburatur et cinis iuxta altare cum reliquiis recondatur et quadraginta diebus peniteat cum hoc accidit.

Si vero ſuper altare ſtillauerit calix ſoꝛbeatur ſtilla: et tribus diebus peniteat.

Si vero ſuper lintheum ⁊ ad aliud ſtilla ꝑuenerit quattuoꝛ diebus peniteat. Si vſqꝫ ad terciū nouem diebus peniteat. Si vſqꝫ ad quartum ſtilla ſanguinis peruenerit viginti diebus peniteat et lintheamina que ſtilla tetigerit tribus vicibus lauet ſacerdos vel dyaconus calice ſuppoſito: ⁊ ablutio cum reliquiis recondatur

Item ſi quis aliquo caſu gule euchariſtiam euomuerit vomitꝰ ille debet incinerari et cyneres iuxta altare debent recondi. Et ſi fuerit clericus monachus/pꝛeſbiter/vel dyaconus quadraginta diebus peniteat epyſcopus. ſeptuaginta laicus triginta

Si vero ex infirmitate euomuerit quinqꝫ diebus peniteat.

Qui vero non bene cuſtodit ſacramentum. itaqꝫ mus vel aliud animal comederit quadꝛaginta diebus peniteat.

Qui autem perdiderit illud vel pars eius ceciderit et non fuerit inuenta triginta diebus peniteat. Eadem penitentia videtur dignus ſacerdos per cuius negligentiam putreſcunt hoſtie conſecrate. Dictis autem diebus penitens debet ieiunare et a communione et a celebꝛatione abſtinere. Penſatis tamen circunſtātiis delicti et perſone poteſt minui vel augeri penitentia pꝛedicta ſecundum arbitrium diſcreti confeſſoꝛis. Hoc tamen tenendum eſt ꝙ vbicunqꝫ inuenietur ſpecies ſacramenti integre: reuerenter ſumēde ſunt: quod ſi ſine periculo fieri non poteſt ſunt tamen pꝛo reliquiis reſeruande

Item ſi hoſtia vel pars hoſtie inuenta fuerit ſub palla vel coꝛpoꝛali et dubitatur ſi eſt conſecrata vel non: debet eam poſt ſumptionem ſanguinis reuerenter ſumere vt in titulo celebꝛatione miſſarum plenius inuenes.

Item circa materiam ſanguinis vide ne ſit aggreſta vel vinū ita debile ꝙ nullo modo habeat ſpeciem vini. Ne ſit aqua rubea expꝛeſſa de panno intincto in vino rubeo. Ne ſit acetum vel vinū omnino coꝛruptum ne ſit claretum vel vinum de moꝛis aut malogranatis confectum quia veram ſpeciem vini non retinent.

Conficiens cum vino quod eſt in via coꝛruptionis vel ad coꝛruptionem: grauiſſime peccat licet conficiat: quoniam non retinem ſpeciem vini.

Item cauendum eſt ne apponatur niſi modicum de aqua: quia ſi tantū poneretur ꝙ ſpeciem vini tolleret: non conficeretur.

Item ſi qua hic deſunt: requirātur in ſumma et lectura hoſti. in titulo de celebꝛatione miſſaꝝ

Pꝛimo ante miſſam habẽda ſũt tria. Intentionis diſcuſſio Generalis ꝯtritio. Et pura ꝯfeſſio.

Intentionis diſcuſſio

Ne propter vanã gloꝛiã celebꝛet
Ne propter verecũdiam celebꝛet
Ne ꝓpt alicuiꝰ ꝑſone fauoꝛẽ. c.
Ne ꝓpter lucrũ tẽpale celebꝛet.
Ne propter ꝯſuetudinẽ celebꝛet

Generalis ꝯtritio.

De omiſſis bonis q̃ facẽ debuit.
Et de ꝯmiſſis coꝛde verbo ⁊ ope

Pura ꝯfeſſio.

Notabilium criminum notoꝛũ, et ignotoꝛum.

¶ In miſſa ſit Diligẽs circa locũ id eſt vt recipere poſſit vtrũq̃
Diligẽtioꝛ circa calicẽ ne ſit fractus vel reparatus.
Diligentiſſimus circa materiaꝫ ne hoſtia ſit coꝛrupta vinũ acetoſum/ aut deſit aqua.

¶ In canone ſit diligentia
Magna ĩ ſignis: vt hũiliter faciat. Maioꝛ in verbis: vt veraciter dicat. Maxima in intentiõe vt firma fide conſecrare intẽdat

¶ In ꝯſecratiõe habeat. Diligẽtiã ad cõficiendũ coꝛpus chꝛiſti
Reuerẽtiã ad tãgẽdũ coꝛpꝰ xp̄i.
Deuotiõeꝫ ad ſumẽdũ coꝛpꝰ xp̄i

¶ In tangẽdo coꝛpus xp̄i ſit reuerẽtia Magna ꝓpter ꝯtinẽtiaꝫ tam excellentis coꝛpis chꝛiſti.
Maioꝛ: pꝛopter continentiam tam excellentis anime chꝛiſti
Maxima pꝛopter continentiam tam excellentis diuinitatis xp̄i.

¶ Quid i ꝯſecrãdo intẽdit facere
Deum per lachꝛimas colere.
Moꝛtem chꝛiſti memoꝛare.
Totam eccleſiam adiuuare.

¶ Quid i ꝯſecrãdo intẽdit ꝯſeq̃
Augmentum dilectionis
Inſeparabilitatem. vnionis.
Accelerationem fruitionis.

¶ Sit humilis oꝛatio in pꝛimo et in ſecundo memento.
Ne tã indignꝰ miniſter indigne recipiat tã digniſſimũ myſteriũ
Ne tã indeuotꝰ p̄ſbyter tã iuſtiſſimũ iudicẽ flectat i ſuũ iudiciũ
Ne tam immundus hoſpes tam excellentiſſimum hoſpitem a ſe repellat fetoꝛe criminum.
Et vt eum dñs piiſſimus participem faciat electoꝛum ſacerdotũ

¶ In pꝛimo memento pꝛo ſe et pꝛo viuis oꝛet.
Vt ſint participes tãti myſterij
Auditoꝛes habiles miſſaꝝ officij
Contẽptoꝛes humiles vanitatũ mũdi. Satiſfactoꝛes ſtabiles defectus pꝛopꝛij Et ſectatoꝛes vigiles diuini beneficij.

¶ In ſcdo memẽto pꝛo defũctis
Vt per ſuauiſſimũ myſteriũ: habeant cõtinuũ ſubſidiũ. Vt per pꝛeces eccleſie fidelium habeãt ſuaue a penis refrigeriũ Vt per hoc nr̃m diuinũ viaticũ habeãt ſecurũ reditũ ac ſctõꝝ cõſoꝛtium

¶ Poſt miſſã ſit ſũma gr̃aꝝ actio
De tanto pane ſuauiſſimo angeloꝛũ: creatoꝛ creaturarũ recepto
De tãto cibo perpetuo oĩm ſctõꝝ creatoꝛe creaturaꝝ recepto.
De tãto viatico ꝓficuo xp̄i electorũ: creatoꝛe creaturaꝝ recepto.

Bernardus dicit.

O ſacerdos coꝛpus tuum quotidie efficitur ſepulchꝛum chꝛiſti. Quomõ ex oꝛe tuo ꝓgredit̃ falſitas per qđ ingreditur veritas Quomodo oculi tui vidẽt vanitatẽ: q̄ q̃tidie aſpiciũt veritatem Quomodo manꝰ tue extẽdantur ad illicita: que tenẽt tenentẽ oĩa Quomodo te reples ⁊ ingurgitas vino: qui debes eſſe plenus deo?

¶ Oratio dicenda ante missam.

Deus ꝗ de idignis dignos/ de pctõribꝫ iustos/ de imundis mũdos facis: mũda cor ⁊ corpus meũ ab oĩ contagiõe ⁊ sorde pcti ⁊ fac me dignũ altaribꝫ tuis ministrũ: ⁊ cõcede ꝓpici⁹ vt ĩ hoc altari ad quod indign⁹ accedo hostias acceptabiles offerã pietati tue ꝓ pctis et offenſionibus meis: ⁊ innumeris quotidianis excessibus: ⁊ ꝓ oĩbus hic circũstãtib⁹ diuersisq; michi familiaritate et affinitate coniunctis / atq; me odio aliquo insectantibus ⁊ aduersantibus: cũctisq; fidelib⁹ christianis viuis et mortuis: ⁊ ꝓ eum sit tibi meũ votũ atq; sacrificiũ acceptabile ꝗ se tibi deo patri obtulit ĩ sacrificiũ iesus xp̃s filius tuus domin⁹ noſter. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpũſſancti deus. Per oĩa ſecula ſclor. Amen. ¶ Oratio dicenda poſt celebrationẽ miſſe.

Gratias ago tibi dulciſſime domine ieſu chriſte lux vera: ſalus credentium: ſolatium triſtium ſpeſq; cunctorum: gaudium angelorum ꝙ me miſerum et magnũ peccatorem famulum tuum hodie ſacratiſſimo corpore⁊ ſanguine tuo paſcere dignatus es. Ideo ego miſerrim⁹ ⁊ inumerabilibus criminibus infect⁹ lachrymoſis precibus imploro benigniſſimã miſericordiam tuam et ſummã clemẽtiam: vt hec dulciſſima refectio ſumma et incomprehenſibilis communio nõ ſit michi in iudiciuꝫ anime mee ſed proſit michi in remediuꝫ ad euacuandas omnes inſidias et nequicias dyabolice fraudis ita vt nulla eius dominetur iniqtas in corde/ corpore/ anima/ et ſenſibus meis: ſed tua clementia me perducat ad ſupna cõuiuia ãgelor vbi tu es vera btitudo clara lux: ſẽpitna lęticia. Amẽ. Deo g.

¶ Bñdictio agni paſchalis ouorum et herbarum in die paſche.

Dñs vobiſcum. Oremus. Oro.

Deus celi terreq; dominator qui das eſcã omni carni et reples omne animal bene✠dictione bene✠dic et ſanctifi✠ca hanc creaturam agni paſchalis et nobis dona tua ſumẽtibus aĩe ⁊ corporis ſanitatẽ ꝯcede. Per xp̃m dñm noſtrũ Amen.

Deus qui vniuerſe carnis es cõditor qui noe et filijs ſuis de mundis et immundis animabus precepta dediſti: quiq; ſicut oua et olera herbarum humano generi⁊ quadrupedia mũda edere permiſiſti: et qui agnuꝫ paſchalem in egypto moyſi ⁊ populo tuo in vigilia paſche comedere preceptiſti / in figura agni domini noſtri ieſu chriſti: cuius ſanguine oĩa primogenita tibi de mundo redemiſti / et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepiſti / ſeruãs populum agni ſanguine prenotatum dignare dñe deus omnitens bene✠dicere et ſancti✠ficare hunc agnum paſchalem: vt quicunq; ex populo tuo fideliter de illo comederit: omni benedictione celeſti et gratia tua ſaturitate repleantur in bonitate. Per quem hec omnia domine cõdita ſunt et ab initio creata ſaluator mũdi. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oĩa ſcl'a ſclorũ. Amẽ. Deinde diſpergantur oĩa aqua bñdicta et thurificẽt a ſacerdote

¶ In vigilia ſancti andree apoſtoli ad miſſam. Officium.

DOminꝰ ſecus mare galilee vidit duos fratres petrum ⁊ andreā ⁊ vocauit eos: venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hoīm. ps. Celi enarrāt gl'iam dei: ⁊ opa manuū eiꝰ annūciat firmamētum. Oratio.

QUeſumus oīps deus: vt beatus ādreas apoſtolꝰ/tuū ꝓ nobis imploret auxiliū: vt a noſtrꝫ reatibus abſoluti: a cūctis etiaꝫ periculis eruamur. Per dominū Memoria fiat de martyribus ſi ante aduētū hec vigilia contigerit/ſi infra nequaq̄. Oratio

DEus qui nos beatorū martyrū tuorꝝ ſaturnini atq̄ ſiſinnij ꝯcedis natalicijs perfrui: coꝝ nos tribue meritis adiuuari. Per dn̄m. Epl'a. Benedictio dn̄i In cōi. fol'.i. Gr. Nimis honorati ſūt amici tui deꝰ: nimis ꝯfortatus ē pꝛīcipatꝰ coꝝ. V. Dinūerabo eos ⁊ ſup arenā multiplicabūt Si hec vigilia in dn̄ica euenerit dicit̄ ſequēs Allā. V. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ: ⁊ i fines orbꝫ terre verba eoꝝ. Et dicat̄ miſſa i capitulo: ⁊ hoc in oībus miſſis ꝓpꝛijs de vigilia q̄ in dn̄ica contigerit obſeruet̄: niſi in vigilia natiuitatis dn̄i tm̄. Sc̄dm iohēm. i.c.

IN illo tēpore Stabat iohānes: ⁊ ex diſcipulis eiꝰ duo Et reſpiciēs ieſū ambulantē: dixit. Ecce agnꝰ dei. Et audierūt eū duo diſcipuli loquentē: ⁊ ſecuti ſunt ieſū. Cōuerſus aūt ieſus et videns eos ſequentes ſe: dixit eis. Quid q̄ritis? Quid dixerūt ei. Rabbi: quod dicit̄ interpꝛetatū magiſter Ubi habitas? Dicit eis. Uenite et videte. Uenerūt ⁊ viderunt vbi maneret: et apud illū māſerūt die illo. Hoꝛa autē erat quaſi decima. Erat autē andꝛeas frater ſymonis petri vnꝰ ex duobꝰ q̄ audierāt a iohē: et ſecuti fuerāt eū. Inuenit hic pꝛimū fratrē ſuū ſymonē. ⁊ dixit ei. Inuenimus meſſiā: qđ eſt interpꝛetatū xp̄s. Et adduxit eū: ad ieſū Intuitꝰ aūt eū ieſꝰ: dixit Tu es ſymon filius iohāna: tu vocaberis cephas/qđ interpꝛetat̄ petrꝰ In craſtinū autē voluit exire in galileā: ⁊ inuenit philippū. Et dixit ei ieſus. Sequere me. Erat aūt philippus: a bethſaida ciuitate andꝛee ⁊ petri Inuenit philippꝰ nathanael: ⁊ dixit ei. Quem ſcripſit moyſes in lege et ꝓphete: inuenimꝰ ieſū filiū ioſeph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth poteſt aliqđ boni eſſe. Dicit ei philippus. Ueni ⁊ vide. Uidit ieſus nathanael venientē ad ſe: et dixit de eo. Ecce vere iſraelita: in quo dolus non eſt. Dixit ei nathanael. Unde me noſti? Reſpondit ieſus: ⁊ dixit ei. Pꝛiuſq̄ te philippꝰ vocaret cū eſſes ſub ficu: vidi te Reſpondit ei nathanael: et ait. Rabbi/tu es filiꝰ dei tu es rex iſrael. Rn̄dit ieſꝰ: ⁊ dixit ei. Qꝛ dixi tibi vidi te ſub ficu credis: maius his videbis Et dicit eis. Amē amē dico vobꝫ: videbitꝫ celū apertum et angelos dei aſcendentes et deſcēdētes: ſupꝛa filiū hoīs Offer. Gl'ia et honoꝛe coꝛonaſti eū: ⁊ cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuaꝝ dn̄e. Secre.

Sacramētū tibi dñe mun⁹ offerim⁹ quo bti andꝛee apli tui ſolēnia ieiunijs ⁊ deuotꝫ officijs recolētes: purificationē q̄q; nr̄is mētib⁹ īploꝛam⁹. p. Alia ſe.

Oblatū tibi dñe mun⁹ ꝓ beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ ſaturnini atq; ſiſinnij paſſiōe ꝓpicius aſſume q̄d coꝝ īterceſſione maieſtati tue fiat acceptum. p. Pꝛefa. quotid. Cōio Dixit andꝛeas ſymoni fratri ſuo: inuenim⁹ meſſiā q̄ dꝛ xp̄s: ⁊ adduxit eū ad ieſum. (Poſtcōio

Perceptis ſalutarib⁹ ſacramentꝭ humilit̄ te dñe dep̄camur: vt īntercedente beato ādꝛea apl'o tuo q̄ ꝓ illi⁹ venerāda egim⁹ ſolēnitate/ nobꝭ ꝓficiāt ad ſalutē. p. Alia poſtcōio.

Ut hec cōio nos dñe tua viſitatōe dignos efficiat bti ſaturnini martyꝛis tui ſocioꝝq; ei⁹: pia q̄s īterceſſio ſēp īploꝛet. p.

¶ In die ſcti andꝛee apli. Offm.

Michi autē nimis honoꝛati ſūt amici tui de⁹: nimis cōfoꝛtat⁹ eſt pꝛīcipat⁹ coꝝ. ℣. Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā. Glia pa. Si extra aduētū cōtigerit/ dicit̄ Glia ī excelſis, ſi vero īfra nō dicit̄. ſed poſt oꝛo de ſctō fiat mēo. de aduē. ⁊ de ſctā maria. ⁊ hoc ī oīb⁹ feſtꝭ ſctoꝝ q̄ īfra aduē. ꝯtīgerit obſeruet̄. Oꝛ.

Maieſtatē tuā dñe ſupplicit̄ exoꝛam⁹: vt ſicut eccleſie tue beatus andꝛeas apoſtol⁹ extitit pꝛedicatoꝛ et rectoꝛ: ita apd̄ te ſit pꝛo nobis perpetuus interceſſoꝛ. Per dñm. Ad romanoꝝ x.

Fratres Coꝛde creditur ad iuſticiā: oꝛe autē confeſſio fit ad ſalutē. Dicit enim ſcriptura. Oīs qui credit in illū nō confundetur. Non eni eſt diſtinctio iudei ⁊ greci. Nam idē dñs oīm: diues in oēs qui inuocāt illum Oīs eni quicūq; inuocauerit nomen dñi: ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabūt: in quē nō crediderūt? Aut quō credēt ei: quē nō audierunt? Quō aūt audient: ſine pꝛedicante? Quō vero pꝛedicabūt: niſi mittātur? Sicut ſcriptū eſt. Quā ſpecioſi pedes euāgelizātiū pacē: euangelizantiū bona. Sed non oēs obediūt euāgelio Iſaias autē dixit. Dñe q̄s credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbū xp̄i. Sed dico. Nunq̄d nō audierūt? Et quidē in oēm terrā exiuit ſonus coꝛū: et in fines oꝛbis terre verba coꝛū. Gꝛ. Cōſtitues eos pꝛincipes ſup oēz terrā mēoꝛes erūt nōis tui dñe. ℣. Pꝛo patrib⁹ tuis nati ſūt tibi filij: ꝓpterea ꝑpl'i ꝯfitebūt̄ tibi. Allā. ℣. Dilexit ādꝛeā dñs ī odoꝛē ſuauitatis. Seq̄.

Sacroſctā hodierne feſtiuitatꝭ p̄conia. Digna laude vniuerſa cathegoꝛizet eccleſia. Mitiſſimi ſctoꝛū ſctiſſima extollendo merita. Apli andꝛee admirādo pꝛefulgentis gratia. Hic accepto a iohāne baptiſta. Qꝛ veniſſet qui tolleret peccata. Mox eius intrans habitacula audiebat eloquia Inuētoq; fratre ſuo bariona. Inuenimus ait ouans meſſiā Et duxit eū ad dulciſſimā ſaluatoꝛis pꝛeſentiam Hunc perſcrutātē maria xp̄i vocauit clementia. Artem piſcandi cōmutans dignitate apoſtolica. Hui⁹ animā poſt clara feſti paſchalis tēpoꝛa. Sancti ſp̄us pꝛe-

clara plustrauit potētia. Ad pre=
dicandum populis penitentiam
Et dei patris per filium clemen
tiam. Gratulare ergo tāto patre
achaia. Illustrata eius salutari
doctrina. Honorata multimoda
signorꝫ frequētia Et tu gemens
plora trux carnifex egea Te lues
inferna et mors tenet eterna. Et
andream felicia per crucem ma=
nent gaudia Iā regem tuum spe
ctas iam adoras iam in eius con
spectu andrea stas. Odorē suaui
tatis iā aspiras quē diuini amo
ris aroma dat. His ergo nobis
inclita. Dulcedo spirans intima
Celestis vite balsama. ¶ Scien
dū est ꝙ in oībus festis .ix. lec. vel
triū lec. cū regimīe chori dicatur
sequētia ad missam: nisi in festis
plurimorū confessorꝫ / et in festo
sancti michaelis in mōte tumba
In oct. vero et infra siue fuerint
cū regimīe chori / siue non: sequē
tia ad missā nō dr: nisi per octa. ⁊
in oct. assūptionis ⁊ natiuitatis
btē marie: ⁊ in dñica infra octa.
et in oc. dedicationis ecclesie ⁊ in
octa. apostolorum petri et pauli.

¶ Secundum matheum. iiij. ca.

IN illo tēpore: Ambulās ie=
sus iuxta mare galilee: vi=
dit duos fratres / symonē qui vo
catur petrus / et andreā fratrem
eius mittentes rethe in mare.
Erāt eni piscatores. Et ait illis
Venite post me: et faciā vos fie=
ri piscatores hominū. At illi con
tinuo relictis rethibꝰ: secuti sūt
eum. Et procedēs inde vidit alios
duos fratres iacobū zebedei / et io
hānnē fratrē eiꝰ in naui cū zebedeo
patre eorꝫ reficiētes rethia sua: ⁊
vocauit eos. Illi aūt statī relictꝪ
rethibus ⁊ patre: secuti sunt eū

Credo. Offr. Michi autem ni=
mis honorificati sunt amici tui
deus: nimis confortatus est prin
cipatus eorum. Secreta
SAcrificiū nostrū tibi domi
ne q̄s beati andree precatio san=
cta conciliet: vt cuius honori so=
lenniter exhibetur: eius meritis
efficiatur acceptū. P dn̄. Prefatio
Et te dñe Hec prefatio dicitur
oībus festis apłorꝫ ⁊ euangelista
rū: et per oct. apłorꝫ petri ⁊ pauli
atq; andree: preterꝙ in festo scti
iohis apli. in ebdo. nati. dñi. ī oc.
vero eiusdē dicetur. ⁊ in fes. eius
dem ī paschali tp̄e. Cōio. Venite
post me faciā vos fieri piscatores
hoim: at illi relictis rethibꝰ ⁊ na
ui secuti sunt dñm. Postcōmunio
SUmpsimus dñe diuina mi
steria beati ādree festiuita
te letātes: que sicut tuis sanctis
ad gloriam / ita nobis q̄s ad veni
am prodesse perficias. Per dñm
¶ Per oct. dr missa de scto ādrea
sicut in pma die: sz sine sequēn. ⁊
Credo ⁊ nisi missa. Salus ppli.
reiterat cātanda: ⁊ nisi ī sab. qñ tūc
plenū seruitiū de scā maria: ⁊ ni
si īfra aduētū dñi. Infra aduētū
nonichil fiet de eo pter memō. vsq;
ad octauū diē: tūc eni de eo totū
fiat seruitiū nisi ī sab. vel ī dñica
cōtigerit: etiā dr missa de oct. in
capł. Qñ vero festū sci ādree a dñ.
differt in scdaz fer. tūc in sequēti
dñica dicatur missa de oct. ī capi.
cū vna orōne Mise. qñ festū sci ni
cholai a dñ differt in scdam fer.
tūc ipa scda fer. missa de oct. dr ī
capło similiter cum vna oratiōe.
Eodē modo vna oratio tantū di
citur ad missā que dicitur in caplo
in octabꝫ sancti laurentij atq; ad
missam de sancta sabina virgine

¶ Sctī oſmūdi epī ⁊ ꝯfeſ. Offm̄

Statuit ei dn̄s teſtamētum pacis: ⁊ principeꝫ fecit eū vt ſit illi ſacerdotij dignitas ieternū. ꝓ Mias dn̄i: ineternū cantabo. Or̄

Omīps ſempiterne deus qui nos btī oſmūdi cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis hodierna feſtiuitate letificas/ tuā ſupplices exoramus clemētiā: vt cui⁹ ſolēnia deuotis officijs veneramur: eius pijs ſuffragijs eterne vite remedia cōſequamur Per dn̄m. Epl'a. Ecce ſacerdos magn⁹. In coi. fo. x. Gr̄. Iurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū: tu es ſacerdos ineternum ſcd̄m ordinē melchiſedech. ℣ Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextrꝫ meis. All'a. ℣. Iuſt⁹ germiabit ſicut liliū: ⁊ florebit ieternū ātē dn̄m. Seq̄. Adeſt nobꝫ. In ꝯi. fo. x. Euāgeliū Hō qdā peregre In cōi. fo. xi. Offr̄. Inueni dauid ſeruū meū et i oleo ſctō meo vnxi eū manus ei mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meum confortabit eum Secreta

Propiciare dn̄e q̄s ſupplicationib⁹ nr̄is: ⁊ intercedēte pro nobis btō oſmundo cōfeſſore atqꝫ pontifice: his ſacramētis celeſtibus ſeruiētes: ab oī culpa liberos eſſe cōcede: vt purificāte nos grā tua eiſdē quib⁹ famulamur myſterijs emūdemur. P dn̄m. Cōio. Dn̄e qnqꝫ talēta tradidiſti michi ecce alia qnqꝫ ſuplucratus ſū: euge ſerue fidelis qꝛ in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te ꝯſti tuā itra i gaudiū dn̄i tui. Poſtcō

Preſta q̄s dn̄e deus noſter vt diuinis myſterijs expiati: itercedente beato oſmundo cōfeſſore tuo atqꝫ pontifice: ad ſupni plenitudinem ſacramenti cui⁹ libauimus ſctā tendamus. Per do.

¶ Sctī nicholai epī ⁊ ꝯfeſ. Offm̄ Statuit. vt ſupra i primo. Orō

Deus qui beatū nicholauꝫ pōtificē tuū innumeris decoraſti miraculis: tribue nobꝫ q̄s vt eius meritis ⁊ precib⁹ a gehēne incendijs liberemur. Per do. Epl'a. Ecce ſacerdos magn⁹. In cōi. fo. x. Gr̄. Dn̄e ꝓueniſti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis poſuiſti in capite ei⁹ coronā de lapide ꝓcioſo. ℣ Vitā petijt ⁊ tribuiſti ei lōgitudinē dieꝝ in ſcl'z ſcl'i. All'a. ℣ Iuſt⁹ germinabit ſicut liliū ⁊ florebit ineternū ante dn̄m. Seq̄.

